BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
25 C
11

P. Antonij Galloni

f. 2. n.° 175.


124.

124

IOANNIS FRAN-CISCI FARAE, SASSARENSIS, I.V.D. EXIMII,

Archipresbyteri Turritani.

DE REBVS SARDOIS, LIBER PRIMVS.





CALARI, 1580.

Excudebat Franciſcus Guarnerius, Lugdunenſis, Typis admodum Illuſtris, & Reuerendiſſimi D. D. Nicolai Cañellas Boſanenſis Epiſcopi.

8.25 C.11

DON Gaſpar Vincentius Nouella Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopus Calaritanus [illegible] Prior Sancti Saturnini, ſuæq; Sanctitatis Vexillarius, Dñs Villarum de Suelli, & S. Pantaleonis, de Conſilio ſuæ Maieſtatis. Cum pro parte Illſtris, & admodum Reueren. Ioannis Franciſci Faræ I. V. D. Eximij, & Archipresbyteri Turritani, ſupplicatũ nobis ſit: quatenus ei licentiam cõcedere dignaremur, ut imprimi facere poſſet in hac Callaritana Ciuitate librum quendam ab ipſo ſub huiuſmodi titulo (Ioannis Franciſci Faræ I. V. D. Eximij, & Archipresbyteri Turritani, De Rebus Sardois Liber Primus) compoſitũ; propterea cum nihil contra Orthodoxam Fidem, quodq; bonos mores corrumpere ualeat, quinimmo ueram, ſanamq; doctrinam contineat, liberam eundem librum excudendi facere, omnimodamq; facultatem eidem in Domino concedimus & elargimur. In quorum fidem & teſtimonium præſentes manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloq; noſtro roboratas per Curiæ noſtræ Notarium, & Secretarium noſtrum infraſcriptum expediri fecimus & mandauimus. Dat. Calari in noſtro Archiepiſcopali Palatio. Idibus Ianuarij anno a Natiuitate Dñi 1580.

G. Archiepiſcopus Calaritanus.

Sua Illuſtriſſima & Reuerẽdiſſima Dominatio mandauit mihi Auguſtino Sabater Notario, & Secretario.



ILLVSTRISS. D. D. MICHAELI A MONCADA,

COMMENDATORI ORDINIS MILITIAE
S. Iacobi de Spata, de Conſilio S. C. Maieſtatis
D. noſtri Regis Philippi, & in Regno Sar
diniæ Locumtenenti, & Ca-
pitaneo generali.

IOANNES FRANCISCVS FARA I. V. D.
Archipresbyter Turritanus. S. P. D.

DOCTISSIMORVM Virorũ ſequutus ſententiam, Præſes Illuſtriſſime, ſemper exiſtimaui rerũ priſcarum hiſtoriam, veteriſq; memoriæ cognitionem magnos vſus, vbereſq; fructus afferre, ijs præſertim hominibus, qui ciuilem, & pontificiam diſciplinam adipiſci cupientes

vtriuſq;

vtriuſq; iuris ſcientiæ ſtrenuam dant operam, & vehementer inſudant; Etenim per eam non modo, quæ multis antea ſæculis, ab infinitis prope hominibus geſta fuere, ueluti ſubiecta oculis per pauciſſimos dies recognoſcimus; & quod alij ſummo labore, magnoq; vitæ periculo, ac fortunarum experti ſunt, in otio, atq; umbra conſequimur; verumetiam alia multa ad Iuris interpretationem nobis ſuppeditantur, quibus ſi careamus, in legendo, ſcribendo, & diſputando inopes ſæpenumero, & indocti reperiemur. Equidem ex eius ignoratione infiniti quidam errorum riuuli in noſtrorum ſcripta inundarũt, id quod etiam in Accurſio, & Bartholo huius noſtræ Philoſophiæ principibus ſæpe notari, & reprehendi vidimus: Ideoq; mirum videri non debet, ſi ego, qui hanc iuris ſcientiam profiteor, bonos etiam hiſtoriarũ authores ſumma cum diligentia, & impenſa mihi comparaui; multumq; temporis, & ſtudij eos legendo, & peruolutando traduxi: nam & id feci exemplo Caſſij iuriſconſulti, & multorum Iuriſperitorum, atq; orthodoxorũ Patrum

Euſe

Euſebij, Hieronymi, Iſidori, Bedæ, Oroſij, & Antonini, qui ſummo ſtudio, & labore Hiſtorias legerunt, & ſcripſerunt; & ex hoc mearum uigiliarum fructum cepi maximum, miram deniq; ſuauitatem, ac voluptatem, tam in legibus, & epiſtolis decretalibus interpretādis, atq; explicandis, quàm etiam in cognoſcendis rebus à maioribus noſtris præclare in Sardinia geſtis, atq; legendis ipſius natalis ſoli laudibus, quas externi ſcriptores varijs in locis ſparſim, atq; obiter literis conſignarunt: dolui tamen, & mirabile mihi fuit neminem vnum ſaltem è noſtratibus inueniri potuiſſe, qui antiquum Sardiniæ ſtatum, illius gentis originem, mores, & vitam, reſq; præclaras iuſto uolumine ſit complexus, & ipſam patriam merita laude ornauerit, quare noſtrorum incenſus amore, patriæq; laudis dulcedine hanc prouinciam ſuſcepi, & maiorum noſtrorū hiſtoriam in faſcem colligere aggreſſus ſum, compendioſeq; duobus libris ab ipſo ouo, uſque ad noſtra tempora contexere, Sardiniamq; ipſam ueluti in tenebris conſeneſcentem pro uiribus in lucem

uindicare. Itaq; hunc primũ librum iam elaboratum, omniq; ex parte abſolutum, quem multi non ſolum deſiderarunt, ſed ét uehementer petierunt, & efflagitarunt, nunc tuo iuſſu, tuiſq; literis impulſus Præſes Illuſtriſſime in lucem proferre, & ad te mittere uolui, tam ut tuæ morem gererem uoluntati, & tibi debitum præſtarem obſequium; quàm etiam ut de hoc libro tuum, cæterorumq; ſubirem iudicium; ut ſi factũ, conſiliumq; hoc meum probatum intelligam ad reliquum alacrior librũ properem; quo tuorũ etiam maiorum geſta leges eiq; extremam fœlicius imponam manum. Cæterum non ignoro quoſdam fore, qui uolumen hoc ex multis auctoribus ita compactum, quaſi ex alienis racemis factam uindemiam, calumniabuntur. Hos ego admonendos eſſe putaui, tot clara uetuſtatis monumenta, hominumq; priſcorũ facta, quæ diuinari nequeunt, non aliunde, quam ex ueterum ſcriptis carptim deligi potuiſſe, in quibus ſi nimium eorum authoritati, & uerbis inhæſiſſe uidebor, ſciant id adeò feciſſe me ne ab hiſtoriæ fide legentes abducere

uiderer

uiderer: quando non modo eorum nomina, ſed uerba quoq; paſsim allata agnoſcerent. Accipe igitur Præſes Illuſtriſſime hoc munus, qualecunq; ſit, ueluti pignus, & monimentum meæ erga te obſeruantiæ; quod quanuis ſit admodum exiguum, ut tantò uiro primaria nobilitate conſpicuo offerri debeat, non tñ exiſtimo illud tibi fore prorſus inutile, idq́; hoc maxime tempore, quo pro Maieſtate Regis Noſtri Philippi ſummo cum Imperio, & dignitate Sardiniam regis, & equiſſimè moderaris, quiq; inſulam ipſam non ſine magno labore, & uitæ tuæ diſcrimine terra, mariq; æſtiuo tempore peragraſti, ut eam (quod optatiſſimũ Chriſtianiſſimo Regi noſtro Philippo erat) præcipue turribus, ac gente bellicoſa munires, malis hominibus purgares, & ad priſtinam ubertatem, & fœlicitatem reſtitueres. Nam iſtarum tuarum actionum, totiusq́; Regni adminiſtrationis exempla ex ſummis uiris hic liber tibi ſuppeditabit, ſi horis ſucciſiuis, quibus à curis uacabis eum legere dignaberis, quæ ſi tibi non iniucunda eſſe cognouero; operæprecium me equidem fe-

ciſſe putabo, & ad maiores res quæ iamdudum præ manibus habeo perficiendas uehementius incitabor. Vale, Saſſari Idibus Iulij 1579.

AVCTORES, ET LOCI, QVIBVS IN HOC PRIMO LIBRO VSI SVMVS.

A

ACRON in commentarijs ad ſecundam, & tertiam Horatij Satyram.
Adrianus Papa huius nominis Primus in Epiſtola ad Cõſtantinum, & Irenem Auguſtos.
Alexander ab Alexandro dierum genialium lib. 2. c. 15. lib. 4. c. 10.
Aelius Spartianus in uita Seueri.
Aloyſius Lipomanus, diligentia Laurentij Surij impreſ. lib. de Vitis Sanctorum tomo 2. Epiſtola S. Euſebij Sardi Epiſcopi Vercellẽ.
S. Ambroſius. lib. 10. Epiſt. 82. & Sermon. 69. & 70. & Oratio. funebri de exceſſu fratris.
Amianus Marcellinus lib. 29.
Antoninus Pius in itinerario.
Anaſtaſius bibliothecarius in Adriano.
Appianus Alexandrinus lib. libico, & lib. 1. 2. 4. & 5. de bello ciuili.
Ariſtoteles lib. de admirandis in natura c. 87.
S. Athanaſius in epiſtola ad Luciferum in exilio ſcripta.

Aulus Gellius Noctium Atticarũ lib. 14. c. 28. & lib. 15. c. 12.

S. Aurelius Auguſtinus epiſtola 118.

B.

BAPTISTA Platina in uitis Marcelli, Pontiani, Syluestri j. Liberij, Hilari dicti Hilarij Sardi, Anaſtaſij ij. Symachi Sardi, Leonis iij. Pontificum.

Beda in chronicis.

Beroſus lib. 5. Antiquitatum Italiæ, & totius orbis c. 1. & 2.

Bernardus Rutilius lib. de uitis Iuriſconſultorum in uita Caſſij Longini.

Blondi Flauij Forliuienſis lib. 7. & 9. ab inclinatio. Romæ.

Breuiarium Euſebianum in offic. S. Euſebij Sardi Vercellenſis Epiſcopi.

C

CAROLI Sigonij de Antiquo iure prouinciarum lib. 1. c. 4. lib. 2. c. 5. & de Regno Italiæ lib. 3.

C. Saluſtius Criſpus in fragmentis Hiſtoriæ.

Claudianus.

Clemens Schubertus in chronologia.

C. Iulij Cæſaris lib. 1. de Bello ciuili, & lib. 1. de bello Africo.

Cornelius Tacitus lib. 14. & 18. Hiſtori.

Cornelius Nepos, quem alij Plinium, uel Suetonium

tonium eſſe putant lib. de uiris Illuſtribus c. 41. 56. 65. & 72.
Concilium Elibertinum, Areſatenſe, Sardicenſe, Romanum 4. ſub Symacho Papa Sardo, Lateranenſe ſub Martino Primo, ſextum Cōſtantinopolitani ſub Agathone Papa.

D

S. DAmaſus in uita Pontiani, & Syluestri Papæ j. Deuſdedit lib. 1. c. 205. eſt in Bibliotheca Vaticana.
Dion hiſtoricus, lib. 41. 42. 46. & 48.
Diodorus Siculus lib. 5. c. 2. & 14. & lib. 6. c. 4. & 9.

E

EVtropius c. lib. 2. 3. 4. & 10. Hiſtor. Romanæ.
S. Euſebij Sardi Epiſcopi Vercellenſis epiſtola dum eſſet in exilio ad presbyteros, & plebes quoſdam Italiæ tranſmiſſa, quæ habetur in Codice antiquo Mediolani Typis excuſo, quam refert Laurentius Surius in eius uita.
Euſebius Cæſarienſis in lib. de temporibus.

F

FElinus Sandeus in cap. ex parte il. 2 col. pen. nu. 60. de reſcriptis.
Franciſcus Tarapha c. 4. de regib. Hiſpan.

Franciſ-

Franciſcus Balduuinus in præfatione Africanæ hiſtoriæ Optati Afri Mileuitani.

G.

GRegorius Papa huius nominis Primus in Regeſtro lib. 1. c. 46. 47. 60. 61. 62. 81. lib. 2. c. 34. 35. 75. lib. 3. c. 8. 9. 10. 22. 23. 24. 25. 26. 28. 47. 51. 52. lib. 7. c. 1. 2. 5. 7. 8. 11. 56. 65. 66. lib. 8. c. 38. lib. 9. c. 1. 17. 20. lib. 10. c. 21. lib. 11. c. 6. & 56.

Gratianus in libro decretorum c. 7. diſt. 17. c. 2. diſt. 79. c. 22. diſt. 81. c. 14. diſt. 96. c. 22. 24. q. 1. c. 39. §. Luciferiani 24. q. 3. c. 29. 27. q. 2. & c. 1. 35. q. 10.

Gonſalus de Illeſcas in uita Iulij Primi Anaſtaſij Secundi, & Nicolai Primi.

H.

HIeronymus lib. de uiris Illuſtribus, & lib. aduerſus Luciferianos, & Epiſt. 75. aduerſus uigilantium, & in Euſebio de temporibus.

Herodotus Hiſtoriæ lib. 1. 5. & 6.

Hieronymus çurita lib. 1. Chron.

Hermolaus Barbarus in caſtigationibus Plinianis lib. 3. c. 7.

Hieronymus Romanus in Chronicis Ordinis Fratrum Heremitarum lib. 1. c. 35. lib. 2. c. 5.

Q. Horatius Flaccus in 2. & 3. Satyra.

Hiſtoria S. Fulgentij Epiſcopi Ruſpenſis ab

eius

cius diſcipulo, & à S. Iſidoro lib. de uiris Illuſtribus c. 13. ſcripta.

Hiſtoria S. Antiochi in Eccleſia Sulcitana.

Hiſtoria S. Ephyſi & Potiti in Eccleſia Calaritana, & Piſana.

Hiſtoria S. Gauini, Propti, & Ianuarij, ab Antonio Cano, Saluatore Salepuſio Archiepiſcopis Eccleſiæ Turritanæ, & magiſtro Petro Ioanne Gribaldis ſcripta.

Hiſtoria S. Luxorij, Ceſelli, & Camerini in Archiuio Capituli Turritani.

Hiſtoria S. Trani & Nicolai Anachoritarū loci Sancti Sardiniæ, in eorum Eccleſijs in Prouincia Galluréſi conſtructis.

I

Iacobus Philippus Bergomenſis lib. 4. & 9. Supplementi.

Iacobus Maynoldi lib. de Titulis Regis Philippi c. de Sardinia, & c. de Corſica.

Innocētius Papa iij. in Epiſtola ad Hubaldum Piſanum.

Ioannes, Zonara. Tomo 2. Hiſtoriæ.

Iordanus de Saxonia lib. de uitis Fratrū c. 18.

Ioan. Annius Viterbienſis in commentarijs ad lib. 5. Beroſi, & ad ſupplementum Manethonis.

Io. Tarcagnota parte 1. lib. 3. Hiſtoriæ.

Iornandes Epiſcopus lib. de regnorum, ac temporum ſucceſſione fol. 658. & 662.

Io. Nauclerus uol. 1. Gen. 58. & uol. 2. Gen. 13.

Ioan.

Ioan. Cuſpianus in Aurelij Caſſiodorij conſules.

Ioan. Lucidus in Tabulis annalibus.

Ioan. Baptiſta Pigna lib. 1. Hiſtoriæ principum Eſtenſium.

Ioſephus lib. 18. Antiquitatum c. 10.

Ioan. Tilus Epiſcopus Melden. in Epiſtola liminar. ad Pium Papam V. ſcripta in Opuſculis B. Luciferi Calaritani Parrhiſijs editis.

S. Iſidorus lib. 8. Etymologiarum c. 5. uerſi. Luciferani, & lib. de uiris Illuſtribus c. 13.

Iuo Carnotenſis Epiſcopus in quarta parte decreti c. 67. & in 9. part. c. 38.

Iuſtinianus Imperator in lib. 1. & 2. C. de officio præfec. prætorio Africæ & in lib. 2. ff. de origine iuris.

Iuſtinus Hiſtori. lib. 12. & 19.

Iulius Solinus c. 3. 9. & 10. Polyhiſtor.

L

LVcanus.

L. Florus. lib. 2. c. 6. & 7. & lib. 4. c. 8.

B. Luciferi Epiſcopi Calaritani Opuſcula.

M

MOyſes Geneſis c. 5.

Marcianus Capella c. 4. lib. 5. Geomet.

Marcus Antonius Coccius Sabellicus Ennead. 3. lib. 9. Ennead. 4. lib. 9. Ennead. 5. lib. 1. 2. 3. & 8.

3. & 8. Ennead. *6.* lib. 4. *6.* 7. & 8. Ennead. 7. lib. 1. Ennead. 8. lib. 2. & *6.*

M. Tullius Cicero lib. 13. epiſt. 47. ad Atticũ, & lib. 7. epiſt. 24. ad M. Fabium Gallum, & lib. 2. epiſt. 13. ad Cœlium, & in Oratione pro L. Cornelio Balbo, & in fragmentis Orat. pro M. Scauro.

M. Varro in uerbo. Sardinia.

Martinus Polonus lib. 4. Chronicorum in uita Hilarij, Zenonis, & Iuſtini.

Maurolicius Abbas, in Martyrologio.

N

NIcolaus Leonicus lib. 1. c. 1. & lib. 2. c. 17. uariæ Hiſtoriæ.

Nicephorus Caliſtus lib. 9. c. 33. & 40. lib. 10. c. 14. & 42. Hiſtoriæ Eccleſiaſt.

O

OVidius lib. 5. Metamor.

Onuphrius Pannuinus in libro Imperij populi Roma. tit. de Prouincia Sardiniæ, & de prouĩcia Siciliæ, & in Chronico Eccleſiaſtico.

P

PAuſanias, in Corinthiacis c. 3. & in Phocicis c. *6.* & 7.

Paulus Oroſius lib. 3. c. 20. lib. 4. c. *6.* 7. & 15. lib. *6.* c. 15. & 18. lib. 7. c. 25.

Paulus Diaconus lib. 14. & 15. Romanæ Hiſtor. in uita Anaſtaſij, & Iuſtini, & lib. 5. de Origine Longobardorum. c. 5.

Petrus de Natalibus Epiſcopus Equilinus in Catalogo Sanctorum lib. 5. c. 29. lib. 6. c. 5. lib. 11. c. 88.

Petrus Recordati in prima parte Hiſtoriæ Monaſticæ in uita S. Antheri, & in 4. parte in uita Lanfranci.

Phocius in Nomacamone c. 8.

Philo Iudæus in Breuiario c. 1.

Plutarchus in uita Catonis, in uita Romuli, Tiberij, C. Gracchi, L. Cornelij, Syllæ, Pompeij, & M. Antonij, & in problematum lib. Cur capitolijs.

Plinius lib. 3. Natural. Hiſtoriæ. c. 7. & lib. 15. c. 29. in fin.

Porphyrion in Commẽtarijs ad 2. & 3. Satyrã Horatij.

Pomponius Mela de ſitu orbis lib. 2. c. 5.

Polybius lib. 1. 2. 3. & 15. Hiſtoriarum.

Ptolomæus lib. 3. Geogra. c. 3.

Proſper in Euſebio de Temporibu.

Primus Cabilunenſis Epiſcopus Topographia in uerbo Corſica.

Procopius Cæſarienſis lib. 3. & 4. de bello Vandalico, & lib. 3. de bello Gottico.

R

RAphael Volaterranus lib. 5. 7. 12. 13. & 19.

S

SEruius in Commentarijs apud Virgilium lib. 5. Aeneid.

Sex. Ruffus in Epitom. Hiſtoriæ Romanæ.

Simpli-

Simplicius in Commentarijs, quos in 8. lib. Ariſtotelis de Phyſica ſcripſit.
Silius Italicus lib. 3. 6. & 12.
Socrates lib. 6. c. 9. Hiſtoriæ tripartitæ.
Sozomenus lib. 5. c. 15. Hiſtori. tripartitæ.
Sulpitius Seuerus lib. 2. Hiſtoriæ Sacræ.
Suetonius tranquillus in uita Octauiani c. 47. & 48. & in uita Neronis c. 35. & 37.

T

Thucydides lib. 1. de Bello Peloponneſi.
Theodoritus lib. 2. c. 8. lib. 5. c. 16. & 21. lib. 7. c. 3. hiſto. tripartitæ.
Titus Liuius lib. 22. 23. 24. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. & 40.
Titus Liuius, uel alius author quintæ Decadis lib. 1. & ſeq.
Titi Liuij Abbreuiator lib. 60. & 86.

V

Valerius maximus.
Virgilius lib. 5. Aeneidos.
Victor Vticenſis in fin. lib. 1. hiſtoriæ de Perſequutione Vandalica.
Vſuardus Monachus in Martyrologio 11. 5. 3. & pridie Kal. Iunij. 6. Idus Iunij.

Z

Zozimus lib. 2. Hiſtoriarum.

LAVS DEO.

AD INSVLAM SARDINIÆ in laudem Authoris.

INſula de Libyco circū ſpumoſa profundo
Heſperias inter concelebrata plagas.

Obruta Cimmerias ſenſiſſes pene tenebras
Ni celeri Clarus Iara caueret ope.

Ille tuos prima deſcripſit origine Reges
Et dedit in faſtos fortia geſta Ducum.

Ille ſuis ſæclis uarios ueniſſe colonos,
Atq; uaga ſedes appetÿſſe rate,

Tū mores, habituſq; & facta uetuſta priorū
Sumptaq; ab humano nomina nota pede,

Cæteraq; ad noſtrū facili trahit ordine tēpus,
Quæcunq; hiſtorica ſunt rata uiſa fide.

Reddita laus Patriæ toto memorabilis æuo
Nec minor Authori fama futura ſuo.

LAVS DEO O. M.

SARDINIA AD ILLVSTREM Dominum Ioannem Franciſcum Faram Archipresbyterum Turritanum I. V. D. Eximium.

FAra phœbæo celebrande plectro,
Fara Turritæ decus omne gentis
Inter heroas numerande grates
Suſcipe dignas.
Quòd meos ritus, dubioſq; caſus,
Et truces pugnas repetas parentis
Iam tuæ; Regum ſeriemq; texas
Iuraq; regni.
Gaudeant Cares populi Leone
Allabandæo, Dominanſq; Roma
Liuio, clarum memoretq; Xanthum
Lydia diues.
Aſt ego Faræ celebrabo nomen.
Confluant quare lepidi Poëtæ
Sardicæ gentis, teneroq; Faram
Carmine laudent.
Voſq; conteſtor tetricæ ſorores
Atropos, Clotho, Lacheſiſq;, Faræ
Tendite in multos properantis annos
Stamina uitæ.

LAVS DEO O. M.


IO·FRAN·FARA·I·V·D·ARCHIPTER·TVRRITANVS

AVTHOR LECTORI.

CVpiebam vehementer, & animo propoſueram meo, Sardiniæ inſulæ Corographiam, rerumq; in ea geſtarum Hiſtoriam, quam ex optimis quibuſq; ſcriptoribus, & monumentis, ſumma cum diligentia, & fide collegeram; iuxta Horatianum conſilium, domi cuſtodire, & illius æditionem in multos annos differre: ut ea omnia, quæ uarijs implicitus curis ſcripſeram, cum otio, & animi tranquillitate recognoſcerem, augerem, & accuratiori ſtylo perpolirem; omnemq; hiſtoriam à Mundi principio, uſq; ad noſtra hæc tempora, ſimul cum inſulæ deſcriptione, in publicũ perfectè emitterem. In quo propoſito ſemper permanſiſſem, niſi me ſuperiorum authoritas, amicorum conſilium, & plurimorum efflagitatio impuliſſent, predictã mutare ſententiam. Hi enim cum primum hunc librum, qui ab orbe condito, uſq; ad annum ſalutis milleſimum ſeptingenteſimum ſupra ſeptuageſimum quartum, rerum Sardoarum continet hiſtoriam, perfectum, & omni ſua parte abſolutum eſſe legerũt, ſupra modum probauerunt, lectioneq; dignum eſſe dixerunt, nec eius æditionem ulterius, quouſq; cætera omnia ſint abſoluta, eſſe differendam contenderunt. Quare, ut illorum iudicio, & ſuaſionibus acquieſcerem, eorumq; uotis ſatisfacerem, librum ipſum typographis ædendum, excudendumq; tradere uolui: atq; ita in patriæ laudem diuulgare res Sardorum priſcas, antiquum eorum ſtatum, dignitatem, & Chriſtianæ religionis cultum; quantiq; nominis & exiſtimationis Sardinia fuerit apud omnes Reges, & gentes, quæ ex diuerſis regionibus confluentes, uel in eam colonias fœliciter deduxere, vel pro ea conſequenda, aut conſeruanda aſperrima bella geſſere. Alium huius recentioris hiſtoriæ librum, uſq; ad hæc noſtra tempora digeſtum, haud multo poſt, ſi plus otij nactus

nactus fuero, politius limatum, atq; ornatum euulgandum curabo; Sardiniæ quoq; deſcriptionem, tota inſula peragrata, omnibuſq; eius partibus inſpectis, & cum ſententijs ſcriptorum accuratè collatis, excuſam proferre properabo. Interim lectorem candidiſsimum, & eruditiſsimum rogatum uelim, ut benigno, & æquo animo hunc librum accipiat, eiuſq; Hiſtoriam legat, & priuſquam de ea iudicium faciat, authores omnes pro maiori ueritatis, & diligentiæ meæ teſtimonio, ubiq; ad ſatietatem allatos, omnino uideat; & illis perſpectis, ſi quid erratum eſſe repererit, ſeu alijs monumentis mihi hucuſq; incognitis iuuari poſſe eam Hiſtoriam cenſuerit, adſit quæſo, & animaduertat; non enim ſum neſcius humanæ cōditionis eſſe errare, ſoliſq; immortalibus datum eſſe in nullo labi, & omnia memoria complecti; neq; ægrefero à quocunq; doctiore eruditioreq; corripi, ſi modo id non ambitiosè, liuido, & canino dente, ſed amicè mecum quiſpiam agat, & boni conſulat, ſi non quod uolui, ſed quod pro uirium mearum tenuitate potui, ex meis ſtudijs deprompſi. Sed quoniam tempus eſt ad rem inſtitutam deuenire, nunc pluribus agere ſuperſedebo, Hiſtoriamq; ipſam aggrediar.

**
*

13

IOANNIS FRANCISCI FARÆ, SASSAREN.

I. V. D. EXIMII, ARCHIPRESBYTERI TVRRITANI,

DE REBVS SARDOIS, LIBER PRIMVS.

Primi Sardiniæ Coloni ante diluuium, eiuſq; ſolitudo.

Anni mũdi. 1.

CONDITO orbe, gentiumq; multitudine repleto Gigantes ad cataclyſmum uſq; Sardiniá, aliaſq; Mediterranei maris inſulas incoluiſſe, ex Beroſo (ſi uerus eſt eius, qui fertur libellus) ſatis conſtat. Illis demum ex magni

Gigantes in Sardinia.

Diluuium. diluuij aquis extinctis anno ab orbe con- *Anni mũdi.*
dito 1657. ut Philo, Moyſes, & Io. Luci- *1657.*
dus, quos ſequimur, ſupputant, Sardiniæ
Sardiniæ ſolitudo. ſolitudo eſt ſequuta, quæ eodem Beroſo
teſte ad annos 564. durauit. quod ē. 2221.

Phorcus primus Sardiniæ Rex, & Thuſci Vetulonienſes primi poſt diluuium Coloni.

Phorcus Rex Sardiniæ. PHORCVS Thooſæ, Nephtuimiq; filius, & (ut inquit Beroſus) nepos Meſraimi filij Cam, filij Noë, fuit primus Sardiniæ Rex, ut Varro, & Seruius tradũt.

Meſraim enim, quem Aegyptij Oſiridem uocant, tota potitus Italia, anno ab orbe condito 2216, duos creauit Reges *2216.*
Læſtrygonem Italiæ, & Phorcũ Sardiniæ, & Corſicæ, ut ille terræ, hic mari præeſſet.
Itaq; Phorcus anno 2220, Sardiniam Vetu- *2220.*
lonicis Colonis compleuit, ut ex Beroſo, & Io. Annio cõſtat; & Strabo tradit, dum inquit, ante aduentum Iolai Thuſcos barbaros in Sardinia habitaſſe: Erãt hi Vetu- *Vetulonienſes.*
lonienſes antiqui Hetruriæ populi, qui, ex
Viterbienſes. Annij ſententia, iuxta Viterbium, uel (ut

inquit

Anni mũdi. inquit Raphaël Volaterranus) ubi nunc Maſſa eſt, uiuebant. Regnauit Phorcus in Sardinia annos, ut creditur, 33. & tandem ab Atlante nauali prælio ſuperatus, undiq; obrutus, neq; uſpiam poſtea inuẽtus, creditus fuit ſe in Deorum marinorũ numerum recepiſſe, & plures Deos ſub ſe habuiſſe, ut refert Seruius, & Varro. Vnde Virgilius in libro 5. Aeneidos inquit, *Maſſa.* *Phorci mors* *Phorcus habitus Deus Marinus.*

Tritoneſq; citi, Phorciq; exercitus omnis.

His temporibus Sardiniam Cadaſone, hoc eſt, ſacram crepidam, ab eius forma, ſeu proprio Thuſcorum calceo, fuiſſe appellatam, refert Annius ex Beroſo. *Sardinia Cadaſone appellata.*

MEDVSA.

MEDVSA fuit Phorci filia, ex Cetho coniuge nata, ut Ouidius, & Lucanus tradunt, & anno 2253. defunĉto patre in Sardiniæ Regno ſucceſsit, ut refert Bergomenſis in 4. ſupplementi, ubi de Perſeo agit. Hanc fuiſſe omnium ſuæ ætatis mulierum pulcherrimam teſtatur Iſacius: ditiſſimam quoq; fuiſſe, & ſolitam in uenationes, & pugnas exire Bergomẽſis, & Pau- *Meduſa Sardiniæ Regina.*

ſanias referũt. Regnauit annos circiter 28. & cum poſtea Perſeo, qui contra eam arma ceperat, acie occurriſſet, noctu per inſidias oppreſſa, iacuit; eiuſq; opes propè infinitas, & præciſum caput, ut ſpectaculo eſſet, Perſeus in Græciam reportauit. Vnde confectum fuit, Meduſæ caput ſerpentibus fuiſſe crinitum, homineſq; illud conſpicientes in ſaxa conuertiſſe, atq; alia multa, quæ cum ſint fabuloſa, & ut arbitror, de Meduſa alterius Phorci, Oceani Afri Regis filia dicta, conſultò prætereo: nam, duos eſſe Phorcos, tradit Probus, unum Sardiniæ, alterum Aphricæ Regem.

Meduſa obtruncatur.

Phorci duo.

HERCVLES.

Hercules Libyus Sardiniæ Rex.

HERCVLES antiquior ex Oſiride, & Cerere Thebis natus, cui nomen Libyus, ſeu Luabin erat, cognomentum uerò Hercules, cũ in Aſia, Aphrica, & Europa res memorabiles, & præclaras geſsiſſet, Italiamq; & Siciliam tyrannis Gigantibus liberaſſet, & magna cum laude gubernaſſet; tantum opinionis fulgorem ſibi conciliauit, ut Sardiniæ coloni Thuſci, obtrun-

Anni mūdi 2281. obtruncata, ut dixi, Meduſá, eum in Regem aſciuerint. Itaq; Anno 2281. ut creditur, e Sicilia uocatus in Sardiniam uenit, & ab accolis Thuſcis exceptus Rex ſalutatur. Hic inſulam perluſtrauit, in ordinē, & ſui dominationem redegit; & poſtea ætate admodum grauis ab inſula diſceſſit, & Hiſpaniam petijt: ubi anno 32. quo regnare in Sardinia cœperat, ætatis uerò ſuæ fermè 200. ab humanis deceſſit, & apud Gades fuit ſepultus. *Herculis mors.*

Hoc tēpore ab ipſo Hercule Turrium præclara ciuitas nomen Turris Libyſonis ſumpſit, ut à Plinio, & Ptolemæo uocatur; & ob id urbem auguſtam Herculis fuiſſe exiſtimatur: nam Libyſonſo, teſte Annio, Herculis Auguſtam ſignificat, & ea ratione, Foro Auguſta Hiſpaniæ ciuitas, Libyſoſon ab eodem Hercule fuit appellata, ut ex Plinio tradit Fráciſcus Tarapha. Ab iſto quoq; Hercule creditur nomen ſumpſiſſe Portū Herculis, quem in Sardinia, propè Noram meridiem uerſus, eſſe teſtatur Ptolemæus. *Turris Libyſonis vrbs auguſta Herculis.* *Portus Herculis in Sardinia.*

Inſulas etiam Herculis, quas in Sardinia propè promontorium Gorditanum iacere referunt Plinius, Ptolemæus, & Marcianus *Herculis inſulæ adiacentes Sardiniæ*

nus

nus Capella ab eius aduentu, hoc tẽpore, *Anni mũdi*
nomen habuiſſe iudicatur.

G R Æ C I.

Græci coloni in Sardinia.

MORTVO Hercule uariæ terrarũ nationes in Sardiniam uenere, & in ea dominati ſunt in primis Græci mercatores, qui illuc (teſte Pauſania) cõmertiorum gratia adnauigabant. Colonias Græcorum in ea collocarunt, anno ut creditur 2374. Et eo tempore in- 2374.
ſula à Græcis, ob ſimilitudinem ueſtigij, Ichnuſa fuit appellata. Vnde Sylius inquit.

Sardinia Ichnuſa à Græcis dicta.

Inſula fluctiſono circum vallata profundo
Caſtigatur aquis, compreſſaq; gurgite terras
Enormes cohibet, nudæ ſub imagine plantæ.
Inde Ichnuſa prius Graijs memorata colonis.

Anno etiam 2431. Oenotrius Lycaonis fi- 2431.
lius ex Arcadia colonias Græcorum in Italiam traduxit, & ab illis Põtia, & Iſacia adiacẽtes Sardiniæ inſulæ poſſeſſæ Oenotrides fuerunt dictæ, ut ex Plinio, & Mirſilio conſtat.

S A R D V S, E T L I B Y E S.

Sardus Rex Sardiniæ.

SARDVS, ut inquit Pauſanias, filius fuit Maceridis, qui apud Aegy-

Anni mūdi Aegyptios, & Libyas Hercules dicebatur, & Delphos aliquãdo petijt. Hic Sardus (ut inquit Rabanus, & Anſelmus) Moyſi tẽ-
2463. poribus, anno circiter 2463. ex Libyacum innumerabili multitudine diſceſſit, & Ichnuſam occupauit, non tamen ueteres accolas eiecit, ſed in domiciliorum ſocietate recepti ſunt noui inquilini, neceſſitate magis, quam beneuolentiæ gratia. *Libyes Sardiniæ coloni.*

Vrbes certè non plures Libyes tunc, quam in ipſa inſula erant, conſtruxerunt: ſed diſperſi in tugurijs, & ſpeluncis, ut ſua cuiuſq; ſors tulerat, ita habitabat, teſte Leonico, & Pauſania.

Ab hoc Sardo inſula antiquis obliteratis nominibus Sardinia eſt cognominata, quare Sylius inquit. *Sardinia, & Mare Sardoum hoc tẽpore nomen ſumpſit.*

Mox Libyci Sardus generoſo ſanguine fidens
Herculis, ex ſeſe mutauit nomina terræ.

Fuit etiam ab eo appellatũ Mare Sardoum quicquid inter oſtium Oceani, & Sardiniam eſt, ut teſtatur Plinius in Naturalis hiſto. lib. 3. Quantum in ea uixerit Sardus memoria proditum non eſt; ſed tantùm, à Pauſania, traditur Sardiniæ populos, qui ad occidentem inſulam incolebant, eius ſtatuam ex ære Delphos miſiſſe. *Sardi ſtatuã Delphos miſerũt.*

NORAX,

Anni mūdi

NORAX, ET IBERI.

Norax in Sardinia.

NORAX Quinti Mercurij filius, ex Erythræa Genonis filia procreatus, in Sardiniam uenit, & ex præclara Bœticæ urbe, quam Solinus Tarteſſam, Herodotus Carteiam, uulgo Tariſam uocant, Iberos, nunc Vuandalos, ſeu Andaluſos dictos; in eam traduxit. Quo autem tempore id factum ſit, in dubio quidem eſt. Pauſanias enim poſt Ariſtæum ueniſſe exiſtimat, Solinus uerò (quem ob maximam eius auctoritatem ſequor) poſt Sardum, & ante Ariſtæum. Itaq; ex ueriori temporum digeſtione anno 2522. in inſulam commigraſſe exiſtimatur. 2522.

Iberi Andaluſi Sardiniæ Coloni.

Hic in Sardinia nouam conſtruxit urbem, quam a ſe Noram, eodem Solino, & Pauſania teſte, uocauit. Fuit autem hæc ciuitas conſtructa, ut ex Ptolemæo apparet, in ea meridionali inſulæ parte, quæ nunc caput Pulæ dicitur, ubi eius ruinæ adhuc uiſuntur. Eius populus Norenſis dictus, uſq; ad tempora Veſpaſiani Imperatoris, ferè per 1550. annos celeberrimus fuit, teſte Plinio in naturalis hiſto. lib.

Nora ciuitas in Sardinia.

Ab

Anni mũdi

Ab hoc etiam Norace originem ſumpſerunt, & nomen illæ robuſtiſſimorum ſaxorum maceries; quæ adhuc Noraces uocantur, & ad inſtar rotundarum turrium in inſulæ locis agreſtibus, & montuoſis paſſim conſpiciuntur, ut traditum eſt à Neotericis. *Noraces in Sardi. adinſtar turriũ.*

ARISTAEVS, ET GRAECI.

ARISTAEVS ex Appolline, & Cirenne Penei filia genitus, qui etiam Argeus, Nomius, & Apollo paſtoralis di- *Ariſtæus in Sardinia.*
2591. cebatur, tẽporibus Cadmi anno 53. 2591. cum quadam Græcorum manu in Sardiniam uenit, Solino, Pauſania, & Diodoro atteſtantibus. Is enim, ob Actæonis eius filij caſum, qui conuerſus in belluam à proprijs canibus fuit laceratus, acri confectus dolore; ac Bœotiæ iam, & uniuerſæ infenſus Græciæ, in Sardiniã ire perrexit, ibiq; ſedes collocauit ſuas. Vnde Sylius cecinit. *Græci Sardiniæ coloni.* *Actæonis caſus.*

Fama eſt, cum laceris Actæon flebile membris
Supplicium lueret ſpectatæ in fonte Dianæ,
Attonitum nouitate mali fugiſſe parentem
Per freta Ariſtæum, & Sardoos iſſe receſſus;
Cyrenem monſtraſſe ferunt noua littora matrem.

Anni mũdi

Hic inſulæ amœnitate captus, conſitis arboribus ex agreſti, & quæ iam pridem magnis ouium copijs occupabatur, cultiorẽ, teſte Diodoro, & Ariſtotele, reddidit. Vrbem tamen nullam in ea condidit, nam, qui eius ductum, & auſpicia ſequuti ſunt pauciores, imbecillioreſq; erant, quàm ad inſtituendã defendendamq;, ſi opus eſſet, ciuitatem ſufficere poſſent, ut Pauſanias, & Leonicus opinantur. Cæterùm Solinus aſſerit Caralim inſignem urbem ab eo conſtructam, cõiunctoq; populo utriuſq; ſanguinis ſeiuges ad ſe gentes ad unum mores coniugaſſe. Ibi duos genuit filios, Carinum, & Calicarpum, multaq; utilia docuit, Lac coagulare, Mel, atq; Oleum conficere: deinde ad Siciliam & alia loca acceſſit. Cumq; aliquandiù in Thraciæ monte, qui Hemos dicitur, habitans poſtea nõ comparuiſſet, Deorum honores eſt aſſequutus, teſte Diodoro. Saluſtius & aliqui putant his temporibus Dædalũ Athenienſem, Cretenſium arma metuentem, in Sardiniam aufugiſſe, & coloniæ, ac domicilij conſortem Ariſtæo fuiſſe. Icarum etiam eius filium hoc eodem tempore præcipitem in mare decidiſſe, & ab eo mare Icarium

Sardinia cultior redditur

Caralis ciuitas in Sardinia condita.

Carinus & Calicarpus Sardi.

Ariſtæi obitus.

Dædalus in Sardinia.

Icarus.

Anni mũdi rium, Inſulamq; Icariam, quæ inter Sardoum, & Siculum mare iacet, nomen habuiſſe: quæ tñ Pauſaniæ, & Leonico uera haud quaquá uidentur; ſiquidem Ariſtæo Cadmi filia Auctonoë uxor erat; Dædalum autem Oedipodis ætate fuiſſe, qui multos poſt annos Thebis imperauit, clariſſimè conſtat. *Icaria inſula.*

GALATAS, ET GALLI.

GALATAS iunior Olbij filius, & Galliæ Rex anno circiter 2620. Gallorum coloniá in Sardiniá deduxit, urbemq; in ea condidit, quam Olbiam ab Olbio eius patre denominauit, ut Io. Annius Viterbenſis in ſupplemento Manethonis refert. Fuit hæc ciuitas conſtructa Septentrionem uerſus in ea parte inſulæ quæ Corſicam reſpicit, ut ex Oroſio, & Ptolemæo habuimus. Ab iſtis Gallis, Gallura, Sardiniæ inſignis prouincia, nomen ſumpſit, & huc uſq; retinet. Fretum etiam Gallicú, quod inter Sardiniam, & Corſicam eſt, ab iſtis, teſte Antonino Pio fuiſſe denominatum creditur.

2620.

Galatas in Sardinia.

Galli coloni in Sardinia.

Olbia ciuitas in Sardinia condita Septentrionem verſus.

Gallura Sardiniæ prouincia.

Gallicum fretum.

Anni mūdi

SICVLI.

Siculi in Sardinia coloni.

SICVLI uetuſtiſsimi barbari homines, qui inter oſtia Tiberis, & Circeium mōtem uicatim habitabant, à Pelaſgis, & Aboriginibus, ſiue ab Opicis, & Oſcis inde eiecti, nouas quæſiuerunt ſedes anno ab orbe condito 2703. ut ex Dionyſio, Pannuino, & Annio Viterbenſe conſtat. 2703. Eorum maior pars in Trinacriam, quæ tunc Sycania dicebatur, transfretarunt, & inſulæ nomen dederunt: parua autem manus Sardiniam applicuiſſe, & in Orientali inſulæ parte ſedes collocaſſe, ac Siculeſijs populis, qui teſte Ptolemæo in Sardinia ſunt, nomen reliquiſſe creditur.

Siculeſij Sardiniæ populi

IOLAVS, THESPIADES, & Athenienſes.

Herculis Greci 50. filij in Sardin.

HERCVLES Græcus Alcmenæ, & Amphitryonis filius, cui nomen Alcæus, cognomē uerò Heraclius erat, cum ex quinquaginta Theſpij Regis filiabus, quinquaginta genuiſſet mares, omnes

Anni mūdi. nes eiuſdem fermè ætatis, communi nomine Theſpiades dictos, eos ad condendam coloniam, iuxta Oraculi reſponſum, in Sardiniam mittere propoſuit. Acceperat enim à ſuis Dijs reſponſum, ad conſequendam immortalitatem plurimum ei conferre coloniā ad Sardos mitti, eiuſq; filios ex Theſpiadibus ſucceptos coloniæ præfici *Oraculi reſponſum.*

2769 duces. Itaq; anno 2769. Iolaum nepotē cum filijs, qui adoleſcentiores erant, ac etiam cum magna Athenienſium, barbarorumq; manu in Sardiniam miſit. Fuit hic Iolaus, teſte Ariſtotele, Diodoro, & Hermolao Barbaro, Iphicli filius, & magna nauium claſſe priorem inſulæ partem campeſtrem 53. ut Diodorus refert, tenuit, eamq; Ioleam a ſe denominauit: ibi Thuſcos barbaros accolas, teſte Strabone, inuenit, quorum palantes animos ad concordiam eblanditus, Olbiam extruxit urbem, ut Solinus, & Pauſanias tradunt. Erat forte hæc Olbia ciuitas meridiem uerſus prope Sulcim 16. m. p. de qua in Antonini Pij Itinerario conſtat, Tarcagnota. Et quidam alij uolunt hanc urbem Ioleam, non Olbiam fuiſſe appellatam. Fuit etiam ab Athenienſibus ſeorſum condita Ogrillen *Iolaus in Sardinia. Athenienſes Sardiniæ coloni. Iolea Sardiniæ regio, uel ciuitas. Olbia vrbs Sard. Meridionalis condita.*

urbs,

Anni mũdi

urbs, ab uno de claſſis ducibus ſic nominata, qui ut Pauſanias, & Leonicus opinantur, Grillus dicebatur: multa alia Græca oppida, teſte Solino, fuerunt conſtructa, quorum memoria præterijt. Has urbes Iolaus accerſito è Sicilia Dædalo, pluribus præclaris operibus, quæ ab artifice appellantur Dædalia exornauit, quorum monumenta etiam temporibus Ariſtotelis, & Diodori, ut ipſi teſtantur, in Sardinia apparebant: & inter alia non nullæ fornices, & inarcuata domicilia modulatis quibuſdam, ſed diſparibus compacta numeris conſpiciebantur. Gymnaſia inſuper magna, & ſumptuoſa Deorum Tẽpla erexit, iudicia inſtituit, regionem cultiorem, arboribuſq; fructiferis uberem effecit, gentem bellicoſam reddidit, ac cætera omnia effecit, quæ ad urbium diuturnitatem ſpectant. Quare hi populi celeberrimi, teſte Plinio, fuerunt, & ab Oraculo reſponſum habuerunt, eam coloniam liberam ſemper futuram, ut Diodorus, & Ariſtoteles referũt; qui etiam teſtantur id Oraculum uſque ad eorum tempora uerum fuiſſe; nam cum Carthaginenſes prius, mox Romani inſulam cepiſſent, nunquam tamen

eos

Ogrillē urbs in Sardinia condita.
Grillus Dux.
Dædalus in Sardinia.
Dædalia opera.
Domicilia.
Gymnaſia.
Templa.
Sardinia cultior redditur
Gens bellicoſa efficitur.
Oraculi reſponſum.
Iolenſes populi Sardiniæ ſemper liberi.

Anni mūdi eos ſubegere: ad montana enim atq; aſpera confugientes loca, effoſſis ſub terra habitaculis, lacte, caſeo, & carnibus ex pecoribus, quæ plurima illis erant, uefcebantur; agriq; colendi declinato labore in montibus uitam quietam ducebant: & licet ab eis fuerint armis ſæpius laceſſiti, difficultate tamen locorū inuicti permanſere. Vnde Sylius cecinit.

Nec paruum decus, aduecto cum claſſe paterna
Agmine Theſpiadum, terris Iolae dediſti.

Iolaus ijs, quæ ad ſtatum coloniæ pertinebant, compoſitis in Græciam eſt profectus, poſtea in Siciliam nauigauit, tādem in Sardiniam reuerſus, teſte Pauſania, obijt, & ſepultus eſt. Iolenſes populi ab eo dicti, qui in Sardinia, ut patrem eum colebant, ſepulchro eius templum, ut inquit Solinus, addiderunt: in quo Iolao ſacra, & honores multis continenter annis fecerunt, patrem eum appellantes, quemadmodum Perſæ Cyrum, ut Pauſanias, & Diodorus teſtantur. Dædalus autem, ut inquit Saluſtius, delatus eſt Cumas, ſed an ibi, uel in Sardinia obierit incertum eſt. Theſpiades uerò cum multis ſæculis inſulæ præfuiſſent, tandem in Italiam nauigantes, loca

Iolaus obijt in Sardinia.

Sepulchrū, & templum Iolai in Sardinia.

Dædali mors

Theſpiadum exitus.

circa

Anni mũdi.

circa Cumas, teſte Diodoro, tenuere. Simplicius tñ, in commentarijs, quos in octo Ariſtotelis de Phyſica auditione libros exquiſitiſſimè conſcripſit, refert nouem ex

Heroës Sardi.

illis qui Heroës Sardi dicebantur, in inſula permanſiſſe, & diem ſuum obijſſe: quorũ etiam corpora omnibus integra membris, & illæſa; dormientium præſeferentia ſpeciem, uſq; ad Ariſtotelis perduraſſe tem

Theſpiadum cadauera dabant reſponſa in Sardinia.

pora refert. Ad hos etiam reſponſorum, prædictionumq; gratia, quæ per inſomnia darentur, & inſulæ accolas, & multos etiã conuenas, & externos accedere ſolitos fuiſſe, idem auctor eſt Simplicius, & Leonicus refert.

ÆNEAS, ET TROIANI.

Aeneas in Sardinia.

AENEAS Anchiſæ, & Veneris filius, à Poëtis decantatus, poſt Ilium euerſum, multis conſociatus Troianis in Sardiniam uenit, anno 2785. Cum enim claſ 2785.
ſe profugi Italiam peterent, & ſæua tempeſtate adorti alij alio delati eſſent, Ae-

Troiani in Sardinia coloni.

neas magna cũ Ilienſium manu Sardiniã, Pauſania, & Saluſtio teſte, applicuit. Vnde Sylius cecinit.

Affluxere

Anni mũdi *Aſluxere etiam, & ſedes poſuere coactas*
Diſperſi pelago poſt eruta Pergama Teucri.

Hi Græcos in inſula offenderunt accolas, illoſq; adire nõ dubitarũt, à quibus benignè hoſpitio ſuſcepti populariter illis ſeſe permixti ſunt; neceſſitate magis, quàm gratia; ne ſi alteri diſiungerentur ab alteris, aut deſciſcerent, nullo negocio Sardis accolis ſeſe oprimendi facultatem darent; qui iam ſumptis armis, & acie inſtructa, ad Thorſum cõſederant fluuium, qui ab hoſtili tractu medius labens, illorum ſeparabat agrum: quæ res utriuſq; belli dirimendi cauſa fuit; cum neuter exercitus flumen tranſire, & in hoſtem ferri primus auſus fuerit, ut Pauſanias & Leonicus referunt. *Bellũ inter Thuſcos & Græcos.* Eſt autem Thorſus fluuius, qui per Arborenſem agrum mediam præterfluit inſulam, eodem Pauſania, & Ptolæmeo atteſtãtibus. *Thorſus Arborenſis fluuius.* Diſceſſit poſtea è Sardinia Aeneas relicta Ilienſium colonia, quæ teſte Põponio Mela, Solino, & Plinio in ea celeberrima fuit. *Ilienſium colonia.* A qua exiſtimatur nomen ſumpſiſſe Forum Troianũ, quod in Sardinia Meridiẽ uerſus fuiſſe teſtatur Antoninus Pius. *Forum Troianũ in Sardinia.*

Circa hæc tempora Vlyſſes decennio naufragus errauit, & in Sardiniam uectus *Vlyſſes in Sardinia.*

 paruis

paruis Sardiniæ inſulis adiacentibus, quæ Ithaceſiæ Vlyſſis ſpecula, teſte Plinio, uocātur, nomen dedit. *Anni mūdi*

Ithaceſiæ, et Leucoſia inſulæ Sardiniæ.

Leucoſia etiam, inſula Sardiniæ, à Syrene ibi his temporibus ſepulta nomen accepit, ut idem Plinius, & Marcian. Capella referunt.

LYDI.

Mæones in Sardinia.

LYDI populi, Mæones etiam dicti, qui inter Phrygiam, & Cariam, ſeu Lyciam iuxta Mæandrum uiuebant, mare obtinuerunt anno 2791. ut Euſebius tradit, & ex Manethone, Liuio, & Valerio Maximo colligitur. Vnde in Sardinia dominatos eſſe, & Mæonum locū, qui corruptè Meilogu nunc dicitur, ab eis nomen ſumpſiſſe iudicatur. 2791.

Meilogu Sardiniæ regio vnde dicta.

LOCRENSES.

Locrenſes Sardiniæ populi.

LOCRENSES Græciæ populi Parnaſſum montem accolentes coloniam in Sardiniam deduxerunt, ut ex Solino conſtat; anno ut creditur 2912. 2912.

His

Anni mūdi His temporibus Theſpienſes ex Sardinia in Italiam nauigantes circa Cumas, teſte Diodoro, tenuere, & Dædalum Cumas detulere, ut Saluſtius refert. *Dædalus Cumas delatus.*

THRACES.

THRACES Europæ populi, Scytes prius dicti, ut Euſebius refert, anno 2958. mare obtinuerunt. Vnde in Sardinia imperaſſe, & urbes cōdidiſſe credūtur. *Thraces in Sardinia.*

2958.

RHODII.

RHODIENSES populi ex Rhodo inſula maris Carpathij obtinuerunt mare, ut inſinuat Euſebius, anno 3047. Vnde in Sardinia imperaſſe, & urbes cōſtruxiſſe exiſtimantur. Obtinuerūt autem mare annos 23. ut refert Euſebius. Et ab eis Rhodij locus Saſſaritanæ regionis nomen ſumpſiſſe creditur. *Rhodij in Sardinia.* *Rhodij locus in regione Saſſaris.*

3047.

PHRYGES.

PHRYGES minoris Aſiæ populi Cariæ, Lydiæ, Myſiæ, & Bithyniæ finitimi poſt Rhodios mare *Phriges in Sardinia.*

 obti-

obtinuerunt, anno 3070. ut Euſebius tra *Anni mūdi* 3070.
dit. Vnde in Sardinia dominatū tenuiſſe, &
urbes condidiſſe putantur. Nam, & hoc
Idoneſij Phryges Sardinia coloni.
tempore Idoneſij coloni, qui teſte Ptolemæo in Sardinia ſunt ab Idæis Phrygiæ populis, qui Idam montem incolebant tunc, in Sardiniam, ut opinor, uenerunt. Hi mare obtinuerunt annos 25. eodem Euſebio referente.

CYPRII.

Cyprij in Sardinia.

CYPRII populi ex Cypro maris Pamphilij inſula profecti, ut inſinuat Euſebius, mare
obtinuerūt anno 3098. Vnde 3098.
eos in Sardinia regnaſſe, & ex ipſius Cypri Corpacca regione Corpaceſios populos, qui in Sardinia, teſte Ptolemæo, ſunt; ueniſſe aliqui exiſtimant. Hi mare obtinuere annos 40. ut idem Euſebius narrat.

Corpaceſij Cyprij Sardiniæ coloni.

PHOENICES.

Phœnices Sardiniæ coloni.

PHOENICES antiquiſſimi maritimæ Syriæ regionis populi nauali, & bellica arte, ut inquit Plinius, præſtantes ma
re obtinuerunt anno 3138. ut Euſebius 3138.
inſinuat.

Anni mūdi inſinuat. Vnde in Sardinia eos imperaſſe, & plures colonias ad eam deſtinaſſe Diodorus Siculus tradit. Obtinuerunt autem mare annos 41. eodem Euſebio teſte.

AEGYPTII.

AEGYPTII populorum uetuſtiſſimi poſt Phœnices, ut tradit Euſebius, mare obti- *Aegyptij in Sardinia.*
3179. nuerunt anno 3179. & etiam poſtea annis 31. Vnde in Sardinia eos imperaſſe, & Eſaroneſios populos, ex Eſare Aegyptij urbe, in Sardiniam ueniſſe creditur: nam Eſaroneſios meridiem uerſus, Sardiniam coluiſſe teſtatur Ptolemæus. *Eſaroneſij Aegyptij Sardiniæ coloni.*

MILESII.

MILESII potentes, & opulenti populi, ex finibus Ioniæ & Cariæ egreſſi, mare obtinue- *Mileſij Sardiniæ coloni.*
3210. rūt anno 3210. Vt Euſebius tradit, & quidem per annos 31. Vnde & Sardiniæ imperaſſe, & Mileſijs Sardiniæ colonis nomen dediſſe creditur.

CARES

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Anni mũdo

CARES.

CARES populi minorem Aſiam inter Lyciam, & Ioniam incolentes, qui & Leleges, teſte Herodoto, dicebantur, mare obtinuerunt anno 3241. ut tradit Euſebius. 3241.
Vnde in Sardinia imperaſſe creduntur, cum ab eiſdem aliquæ ciuitates conditæ, & Carenſes populi, ut refert Ptolemæus, in ea reperiantur. Imperarunt Cares annos 48. ut inquit Euſebius.

Carenſes populi in Sardinia.

LESBII.

Lesbij in Sardinia.

LESBII populi in inſula Aeólica Aegæi maris habitantes, poſt Cares mare obtinuerunt anno 3289. ut refert Euſebius. 3289.
Vnde in Sardinia imperaſſe, & multas urbes conſtruxiſſe exiſtimantur.

CORSI.

Corſi Sardiniæ populi.

CORSI populi, Cirnæi dicti, factionibus, & ciuili bello laceſſiti, ſedeſq; mutare compulſi, ut refert Pauſanias, in Sardiniam tranſiere anno ut creditur 3350. Hi uiciniori montuoſa in- 3350.
ſulæ

Anni mũdi. ſulæ parte, quæ Septentrionem reſpicit, occupata, duodecim oppida ſibi muniere, *Duodecim vrbes in Sardinia conditæ.* eodem Pauſania, & Plinio teſte. Ab incolis patrio nomine Corſij appellantur, & de illis meminit Ptolemæus.

PHOCENSES.

PHOCAEI Ioniæ populi aſſi- *Phocenſes in Sardin.*
duis Perſarũ bellis exagitati, & ab Harpago obſeſſi, cõmuni cõſenſu patriam relinquentes mare ingreſſi ſunt, illudq; obtinuere, anno 12. Cyri Perſarum regis primi, qui
3416. fuit 3416. ut ex Thucydide, Herodoto, & Clemente Schuberto colligitur: quo tempore in Emporia Sardiniæ regione imperaſ- *Emporia Sardiniæ regio unde.*
ſe creduntur: nam & propinquam inſulam Corſicæ, teſtè Herodoto, occuparunt, & eodem modo Hiſpaniæ Emporijs nomen dederunt. Vnde Sylius.

Phocaicæ dant Emporiæ.

His temporibus Iones Græciæ populi fue- *Iones.*
runt à Cyro in ſeruitutem redacti, qua re Bias Prienæus, ex ſeptẽ ſapientibus unus, *Biantis Prienæi cõſilium.*
illis ſuaſit, ut communi claſſe ſoluentes Sardiniam peterent, ibidem una quadam ciuita-

ciuitate omnium Ionum constructa, absq; ſeruitute liberi, fœliciterq; uiuerent; nimirum insulam inter omnes maximam recepturi, alijs imperarent: quod ſaluberrimũ consilium Iones ſpreuerunt, cui tamen ſi obtemperaſſent, licuiſſet, ut inquit Herodotus, Græcorum omnium fœliciſſimos uiuere. *Anni mũdi*

Sardiniæ laus.

CARTHAGINENSES.

Bellum inter Sardos & Carthaginenſes.

CARTHAGINENSES Aphricæ populi poſt Phocẽſes in Sardiniá uenerunt, eamq; occupare cupientes ſæpius bello Sardos appetiuere. Cyri enim Perſarum regis temporibus anno, ut ex Oroſio, & Clemẽte Schuberto colligitur, 3433. Carthaginenſes ex Sicilia in Sardiniam bellum duce Macheo tranſtulere: ſed in eo uicti à Sardis fuere, & magnam partem exercitus amiſere. Macheus etiam, & alij pauci, qui, ſuperfuerunt propterea à Carthaginenſibus exilio damnati ſunt, ut Oroſius, & Sabellicus referunt. 3433.

Victoria Sardorum.

Macheus Dux Carthaginen. exilio damnatus.

Bellum ſecundum inter Sard. & Carthag.

Temporibus quoq; Darij Perſarum regis anno, ut ex Iuſtino, & Schuberto colligitur, 3443. Carthaginẽſes duce Aſdrubale Sardi- 3443.

Anni mũdi Sardiniam bello repetierunt: in quo, Haſdrubal grauiter uulneratus obijt, & Sardi fugatis Carthaginenſibus, uictores fuere. Haſdrubalis mortem tũ luctus Carthaginenſium, tum & dictaturæ undecim, & triumphi quatuor inſignem fecerunt. Sardis quoq; animi creuere, ueluti cum duce, Pœnorum uires cõcidiſſent, ut ex Iuſtino, & Sabellico conſtat.

Haſdrubalis mors. a Sardis. Sardorum uictoria.

Luctus Carthaginenſiũ.

Alia inſuper certamina, periculaq; magna pro potiunda Sardinia Carthaginẽſes, teſte Diodoro, ſubiere, & tandem anno

Sardinia à Carthaginenſibus occupata.

3449. 3449. quo tempore claſſibus, & maritimis uiribus erant præpollentes, & nõ Africam modò, uerùm etiam pleraq; Hiſpaniæ, & Siciliæ loca obtinebant, omnes è Sardinia, præter Ilienſes, Iolenſes, & Corſos, in ſuam ditionem redegerunt: nam illi habitaculis terreſtribus humo efoſſis, lacte, & carne armentorũ, quorũ plurima apud eos erat copia, in mõtibus uitam quietam duxerũt, & propter inacceſſos, difficileſq; locorum ſitus ſemper liberi perſeuerarũt: Iberi etiam, qui auxiliares cum Carthaginenſibus in Sardiniam uenerant, cùm de prædæ, manubiorumq; diſtributione, cum Pœnis contenderent aſſumptis armis ab

Montani populi Sardiniæ coloni.

Balares Iberi populi Sardiniæ coloni.

illis defecere, & ad montium ſeceſſerunt iuga; ibiq; ſedes ſuas conſtituerunt, & à Cyrenenſibus poſt modum Balares fuerũt appellati, ſic enim illi patria lingua transfugas uocabant, ut hæc ex Polybio, Pauſania, & Diodoro conſtant. Regnarunt in Sardinia Carthaginenſes annos 272. uſq; ad finem primi belli Punici, quo eiecti à Sardis inſulam Romanis ceſſerunt.

Anni mũdi.

Cartaginenses regnarunt in Sardinia 272

Syllos vrbs condita, nũc Sylluris dicta.

Caralis vrbs condita in Sardinia

His temporibus, ut refert Pauſanias, Carthaginenſes condiderunt in Sardinia Syllos urbem, Vicecomitatus Syllurenſis caput, ac etiam urbem Caralis. Vnde Claudianus.

Vrbs Libyam contra, Tyro fundata potenti
Tenditur in longum Caralis.

Alij tñ grauiſſimi auctores lõgè ante ab Ariſtæo fuiſſe cõditam, ut dixi, ſcripſerũt.

Arbores è Sardinia extirpantur.

Tradit etiam Ariſtoteles eo tẽpore Carthaginenſes in Sardinia iuſſiſſe omnes arbores cibo idoneos ex inſula extirpari, nullamq; in ea amplius plantari, pœna capitali trucidando eos, qui ſecus faciebant; quod & Volaterranus refert.

Ad inſulam aduenas accedere non permitebant, adeò enim imperium Sardiniæ cuſtodiebant, & peregrinos inſectabãtur,

quod

Anni mũdi. quod qui in eam adnauigarent mari demer gendos curabát, teſte Alex. ab Alexandro. *Sardiniæ cuſtodia. Aduenæ demerguntur.*

Per hoc tempus Darius Perſarum rex ſummopere cupiebat Sardiniam tributariam ſibi reddere: quare Hiſtreus Mileſij tyrannus, pollicitus fuit Sardiniam in illius poteſtatem ſe redditurum; quod tamen nõ euenit, nam fallendi eum gratia id promiſerat, ut refert Herodotus. *Darius Sardiniam habere cupit.*

Ariſtagoras etiam Mileſij tyrãnus, poſt Darij ingentes uictorias, decreuerat cum ſuæ factionis hominibus in Sardiniam profugere, & coloniam in ea condere: ſed contrario Hecatæi Hegeſandri conſilio non fuit deducta, eodem Herodoto teſte. *Ariſtagoras cũ Mileſijs coloniam in Sardinia cõdere cogitat.*

Regnante poſtea in Macedonia Alexandro magno, terror rerum ab eo geſtarum uniuerſum orbem inuaſit, quare ut Oroſius, & Iuſtinus tradunt, à Sardis miſſi fuerunt legati, qui Alexandro ueluti deſtinato ſibi Regi adularẽtur; uerùm quia audita legatione Alexander obijt, Macedones de Sardinia cõtendere, ut inquit Polybius, amplius non ſunt auſi. *Alexander magnus veluti deſtinatus Rex à Sardorum legatis ſalutatur.*

Per hæc tempora Carthaginenſes cum Romanis ſæpius fœdera percuſſere, & de Sardinia pacta ſanxere. *Fœdera Carthaginen. et Romanorũ.*

Primum fœdus. Anno enim primo poſt partam Sardiniam cum Romanis primum fœdus, teſte Polybio, inierunt, in quo inter cætera ita cautum fuit, Romani, Socij'ue Romanorum ultra promontorium Pulchri non nauiganto: niſi, uel ui tempeſtatis, uel hoſtili impetu coacti. *Anni mūdi.* 3450.

Si quis ob huiſmodi cauſas eo applicuerit, nihil emito, nihil'ue ſumito, niſi quantum ad Sacra, uel ad nauigia opus ſit.

Intra diem quartum inde abito. Ijs qui mercimonij gratia aduenerint immunitas eſto, præter ſcribam, & præconem.

Quotcunq; præſentibus his in Africa, uel Sardinia uenum ierint, de his publica fides eſtò &c.

Interiectis deinde aliquot annis, ut idē tradit Polybius, ſecundum fuit ſancitum fœdus, & ita cautum inter cætera. 3623.

Secundum fœdus. In Sardinia, atq; Africa nulli Romanorum, ſociorum'ue negociantor, ne'ue oppidum poſſidento, nihil emunto, præter res ad Sacra, & ad nauigia neceſſarias.

Si quas naues eo tempeſtas detulerit intra quintum diem abeunto, &c.

Anno poſtea, quo Pyrrhus Epirotarum Rex in Italiam traiecit, eodem referente

Poly-

Anni mūdi Polybio, fuit idem fœdus paucis additis renouatū. Pyrrhus enim eo tempore Sardiniam, & Siciliam ſuo adijcere imperio, teſte Ioanne Zonara, cupiebat. *Tertium fœdus.* *Pyrrhus Sardiniam ſuam facere quærit.*

Fœdus tamen iſtud à Carthaginenſibus fuit poſtea uiolatum; unde contra eos primum à Romanis fuit ſuſceptum Bellum, & *Primū bellum Punicū.*
3703. anno 3703. quo Romani pelago dominari cœperunt, Sardiniam omni ſtudio inuadere decreuere. Quare Annibal cū claſſe, & quibuſdam claris triremium ducibus in Sardiniam à Carthaginēſibus mittitur; ſed à Romanis in quodam inſulæ portu incluſus claſſem ferè omnem amiſit, ipſeq; per hoſtium manus dilapſus à Carthaginenſibus, qui euaſerunt captus ob rem malè geſtam in Sardinia crucifixus, teſte Polybio, occiditur. *Victoria Romanorum.* *Annibal in Sardinia crucifixus.*

Anno ſequenti Carthaginenſes in locū
3704. Annibalis pro Sardis defendendis Hannonem claſſis ducem in Sardiniam mittunt. Sed à L. Cornelio Scipione tunc Conſule, qui Olbiam uenerat, uictus, amiſſo exercitu, ipſe ſe confertiſſimis hoſtibus immiſcuit, ibiq; interfectus eſt. Vnde Scipio Sardiniam uaſtauit, ibiq; Atericæ urbis excidio incolas terruit, omniq; terra Pœnos fugauit *L. Cornelius Scipio in Sardinia.* *Hannonis obitus in Sardinia.* *Atericæ vrbis excidiū.*

gauit, multaq; millia captiuorum abduxit, *Anni mũdi*
& triumphum egit, ut Oroſius, Eutropius,
Florus, & Iornandes tradunt. Hinc Sylius
cecinit.

Scipio ductoris celebrabat funera Pœni
Sardoa uictor terra

Cæterùm Io. Zonara diuerſum refert, Scipionem ſcilicet exercitũ in Sardiniam ducentem, claſſem Carthaginenſium conſpexiſſe, & in eam impetum feciſſe, cumq; illa, priuſquam ad manus ueniret, fugiſſet, Olbiam urbem inuaſiſſe, & ibi nauium Carthaginenſium conſpectũ territum, nec enim peditatus ſatis ad pugnã paratus erat, domum uerſus iter intendiſſe.

Olbia inuaditur.

Anno 3720. Carthaginenſes nauali prælio ſuperati à Romanis pacem petierunt, quæ hac præcipuè conditione, teſte Polybio, Cornelio Nepote, Nauclero, & Volaterrano, data eſt, Pœni Sicilia, Sardinia, & omnibus inſulis quæ inter Italiam, & Africam ſũnt excedunto. Ex quo fœdere Sardiniam ad eos ſpectare Romani, teſte Appiano Alexandrino, aſſerebant. 3720.

Pax inter Romanos et Carthagin.

Romani ſuã eſſe Sardiniam dicunt.

Anno ſequenti Carthaginenſium milites ex Sicilia in Africam deportati, ob ſtipẽdium denegatum, arma contra Pœnos capiunt 3721.

Anni mūdi piunt. Eorum quoq; exemplo milites qui in Sardinia erant Baſtarem, & Pœnos, qui cum imperio in inſulam uenerant in poteſtatem redactos crudeliter trucidarunt, & quadam arce occupata in apertam erupere defectionem. Huius motus fama Carthaginem delata, confeſtim Hanno cum nouo exercitu eſt in Sardiniam miſſus. Hunc noui milites, inita in Sardinia cum ueteranis coniuratione, cruci affigunt: nec duplici ſcelere contenti tertium adijciunt, quoſcunq; Carthaginenſium, qui in tota inſula fuere, ad unum ſtrangulantes, interficiunt: arcibus inde, & Oppidis potiti inſulam non nihil tenuere; legatoſq; ad Romanos miſerunt inſulam daturi. Orta poſtea inter eos, & Sardiniæ populos diſcordia, milites expulſi in Italiam abierunt, atq; ita Sardinia à Carthaginenſibus contigit alienari, ut refert Polybius, & Sabellicus.

Baſtaris & Pœni in Sardinia occiſi.

Hanno in Sardinia cruci affixus.

Carthaginenſium ſtrangulati omnes in Sardinia interficiuntur.

Carthag. milites omnes à Sardis eiciuntur.

ROMANI.

EIECTIS ex Sardinia Pœnis, Romani ſuaſionibus militum, qui è Sardinia ad eos transfugerant pellecti, inſulam occupare decreuerunt. Itaq; anno.

Romani Sardiniam inuadere uolunt.

3912

3912. Carthaginenſes, qui id reſciuerunt exercitum in inſulam tranſmittere parant; quam occaſionem nacti Romani bellum illis indixere, querentes, quòd illum belli apparatum non tam contra Sardos, quam contra ſe ipſos facerent. Vnde Carthaginenſes qui bello Africo domeſtico uexabãtur, & ſe minimè idoneos ad bellum cum Romanis gerendum intelligebant, ut omnem belli cauſam auerterent, non modò Inſulam Sardiniæ ceſſerunt, uerùm etiam mille, & ducenta talenta Romanis miſerunt, ut ex Polybio, Appiano Alexãdrino, Io. Zonara, Sabellico, & Sigonio conſtat. *Anni mũdi 3912.*

Carthagin. Sardiniam Romanis cedunt.

Cæterũ licet Carthaginenſes Sardiniam Romanis reliquerint, Sardi tamen non ſine armis Romanorum imperio ſubeſſe uoluerunt. Itaq; anno 3726. Sardis decretum eſt bellum, & T. Manlius Torquatus Conſul contra eos miſſus, ipſos deuicit, de illisq; triumphauit, ut Oroſius, & Eutropius tradunt. *3726.*

Romanorum bellum contra Sardos. T. manlius Torquatus in Sardinia.

Nec ob id Sardi Romanis parere uoluerunt, ſed duobus alijs annis Romanorum bellũm ſuſtinuerunt, & quidem fortiter, & ſtrenuè, ut inquit Io. Zonaras, tandem à P. Cornelio Aedile prius, mox à M. Pomponio

P. Cornelius Aed. Pom-

Anni mūdi ponio Coſſ. uicti omnes, exceptis Montanis populis, imperij iugum ſuſceperunt. Erant autem Montani populi Ilienſes, Balari, Tarati, Soſſinati, Aconiti, & Iolenſes, qui tunc Diatesbes dicebantur. Hi ſpeluncas inhabitando lacte, caſeo, & carne Armentorum, quorum plurima apud eos erat copia, uitam quietã ducebant, & à bellorum diſcrimine procul erant, Diodoro, & Srabone referentibus.

Montani populi Sardi à Romanis nũquam uicti.

Eo tempore P. Cornelius, & milites Romani multi epedimiæ morbo in Sardinia obiere, ut tradit Io. Zonara.

P. Cornelij, & Romanorum obitus in Sardinia. Peſtis.

3728. Anno 3728. Legati decem à Romanis miſſi, in prouinciæ formam Sardiniam redegerunt, & Romano magiſtratui adminiſtrandam ſubiecere; fuitq; prima populi Romani Prouincia, ut Pomponius I. C. in libris Pandectarum, & Onuphrius tradũt. Nam licet Sicilia antea uicta fuerit, tamen nõ niſi Syracuſis à Marcello captis, in prouinciæ formam tota redacta eſt.

Sardinia prima Pop. Ro. Prouincia facta.

3730. Biennio poſt, anno ſcilicet 3730. C. Papyrius Coſ. contra Corſos miſſus, inſulam illam in ditionẽ populi Romani adduxit, & in monte Albano de Corſis triumphauit, ut Plinius, & Valerius referunt.

Corſica à Romanis debellata.

E Fuit eo

Corſica Sardiniæ attributa. Fuit eo anno Corſica Sardiniæ attributa, atq; ex duabus prouincijs una prouincia facta, & uno Sardiniæ nomine inſignita, ut Ruffus, Sigonius, & Onuphrius referunt. *Anni mũdi*

Anno deinde 3735. quatuor Romæ creati ſunt Prætores, ut duo ex his Romanus, & Peregrinus in urbe manerent, duo uerò in Sardiniam, Siciliamq; nouas prouincias mitterentur; qui ius prouincialibus dicerent, & ſi res cogeret bellum adminiſtrarẽt, Solino, Sigonio, & Onuphrio referentibus. *3735.*

Sardinia Prætoria prouincia.

Itaq; Prætores infraſcripti ſub conſulibus Sardiniæ prouinciam adminiſtrarunt annis 177. uſq; ad tempora Caij Iulij Cæſaris hac ſerie.

Prætores Sardiniæ.

Anno 3775. M. Valerius fuit primus Sardiniæ Prætor, Solino referente. *3735.*

3736. . . . . Sardiniæ Prætor.

Hoc anno Sardinia facta eſt conſularis prouincia, & ſortitus eſt eam C. Attilius Regulus, Guſpiano, & Polybio referentibus.

. . . .

3745. A. Cornelius Mamula Sard. Præ. Liuio, & Sabellico.

3746. Q. Mutius Sceuola Sard. Præt. Liu.

Q. Man-

Anni mũdi Q. Manlius Torquatus Sard. Propræ.
Liuio, & Sylio.
3747. Q. Mutius Sceuola prorogatus. S. P. Liuio.
3748. Q. Mutius Sceuola prorog. S. P. Liu.
3749. Q. Mut. Sceuola prorog. S. P. Liuio.
3750. 3750. L. Cornelius Lentulus Sard. Pr. Liuio.
3751. P. Manlius Valſonus Sard. Pr. Liu.
3752. C. Arunculeius Sard. Præ. Liu.
3753. C. Aurunculeius prorogatus Sard. Præ. Liu.
3754. A. Hoſtilius Sard. Præ. Liu.
3765. 3755. Q. Claudius Sar. Præ. Liu.
3756. Cn. Octauius Sard. Præ. Liu.
3757. T. Claudius Nero Sard. Præ. Liu.
3758. P. Lentulus Sard. Præ. Liu.
3759. P. Lentulus prorogatus Sard. Præ Liu.
3760. 3760. M. Fabius Buteus Sard. Præ. Liu.
3761. M. Fabius prorogat. Sard. Præ. Liu.
3762. L. Valleius Tappulus Sard. Præ. Liu.
3763. M. Porcius Cato Sard. Præ. Liu.
3764. L. Attilius Sard. Præ. Liu.
3765. 3765. T. Sempronius Longus Sard. Præ. Liu.
3766. T. Sēpronius prorogat. Sard. Præ. Liu.
3767. C. Cornelius Merenda Sard. Præ. Liu.
3768. L. Porcius Lycinius Sard. Præ. Liu.
3769. Q. Salonius Sarra Sard. Præt. Liu.
3770. 3770. L. Oppius Salinator Sard. Præt. Liu.
3771. L. Oppius prorogatus Sard. Præt. Liu.
3772. Q. Fabius Pictor Flamen Quirinalis Sardiniæ Præt. Liu.
3773. C. Stertinius Sardiniæ Præ. Liu.

3774. Q. Fuluius Sardiniæ Præt. Liu. *Anni mũdi*
3775. C. Aurelius Scaurus Sard. Præt. Liu. 3775.
3776. L. Poſthumius Tẽpſanus Sar. Pr. Liu.
3777. Q. Neuius Matho Sard. Præ. Liu.
3778 Cn. Sicinius Sard. Præ. Liu.
3779. C. Terentius Iſtra Sard. Præ. Liu.
3780. M. Pinarus Sard. Præ. Liu. 3780.
3781. C. Menius Sard. Præ. Liu.
3782. L. Valerius Leuinus Sard. Præ. Liu.
3783. T. Ebutius Sard. Præ. Liu. S. D.
3784. C. Mumius Sard. Præ. Liu. S. D. Hoc anno facta eſt conſularis prouincia ob belli magnitudinem, & ſortitus eſt eam T. Sempronius Coſ.
3785. M. Popilius Lenas Sard. Præ. Liu. S. D. T. Sempronius Gracchus Proconſul in Sard. Eo anno conſularis prouincia remanſit ob belli periculum. 3785.
3786. Cn. Cornelius Scipio Sar. Præ. Li. S. D.
3787. M. Attilius Sard. Præ. ſtetit in Corſica, Liu. S. D. Cn. Cornelius Sard. Præ.
3788. C. Cirteius Sard. Præ. ſtetit in Corſica, & M. Attilius Prætor in Sardinia. Liu. S. D.
3789. Sp. Cluuius Sard. Præt. Liu. S. D.
3790. L. Furius Philus Sard. Præt. Liu. S. D. 3790.
3791. M. Recius Sardiniæ Præ. Liu. S. D.
3792. P. Fõteius Capito Sard. Præ. Liu. S. D.
3793. C. Papyrius Carbo Sard. Præ. Liu. S. D.
3794. M. Mãlius Torquatus Sar. Præ. Liu. S. D.
3795. M. Fonteius Sard. Præ. Liu. S. D. 3795.

M. Por-

Anni mũdi . . . . M. Porcius Cato. Sard. Præ. Volaterrano, Plutarcho, & Alex. ab Alexandro.

. . . .

. . . .

3835. 3835. . . . . Sardiniæ Prætor.
L. Aurelius Oreſtes. Coſ. prouinciam eo anno conſularem adminiſtrauit.
C. Gracchus eo anno Sard. Quæſtor. Plutarcho & Liuij Abbreuiatore.

3836. . . . . Sardiniæ Prætor.
L. Aurelius Oreſtes Proconſul in Sard.
M. Aemilius Scaurus ſenior ſtipendia in Sardinia facit, Cornelio Nepote referente.

. . . .

3848. 3848. M. Metellus Sard. Præ. Ruffo, & Eutropio.
M. Aemilius Scaurus iunior Sullæ Priuignus Sard. Præturam obtinuit, in qua cum nõ ſatis abſtinenter egiſſet à Sardis repetundarum accuſatus, à Cicerone una cum quinq; alijs defenſus eſt, ut Volaterranus inquit, & extant fragmenta orationis Ciceronis, in quibus Baſtaris Norenſis uiri fugientis è Sardinia ob Scauri aduentum meminit.

3869. 3869. Q. Antonius Marianæ factionis Sard. Præt. Liuij Abbreuiatore referente.
. . . . L. Philippus L. Syllæ Legatus, occiſo Q. Antonio, inſulam pro Sylla adminiſtrauit

miniſtrauit, teſte Liuij Abbreuiatore. *Anni mũdi.*

. . . .

3885. T. Albutius Sardiniæ Prætor. 3885.
Cn. Pompeius Sardiniæ Quæſtor.
3906. Appius Claudius Sard. Præt. Sabellico, & Plutarcho referentibus. 3906.

Reuolutio Sardorum. His tẽporibus anno ſcilicet 3736. fuit quædam ſeditio apud ſardos orta, quæ tamen à C. Attilio Coſ. facilè fuit compoſita, ut Polybius, Sabellicus, & Cuſpianus tradunt. 3736.

Secundum bellum Punicum ob Sardiniam ſuſceptum. *Prodigia in Sardinia uiſa.* Anno deinde 3744. Carthaginenſes, conqueſti Sardiniam fraude Romanorum interceptam, Bellum ſecundum Punicum Romanis intulerunt. Dira prodigia ſtatim in Sardinia uiſa ſunt; nam Equiti circumeunti uigilias baculus, quem in manu tenuerat arſit; littora crebris ignibus fulſere; ſcuta duo ſanguinem ſudarunt; & milites aliqui icti fulminibus fuerunt; Soliſq; orbis minui uiſus fuit, ut Liuius, Oroſius, & Sabellicus referunt. 3744.

Obſides à Sardis dantur. Eo anno Romani Obſides à Sardis petiere, eoſque Cn. Seruilius claſſe 120. quinqueremium, teſte Liuio, & Polybio, accepit.

Anno autem 2086. quo Romani apud 3745.

Cannas

Anni mũdi Cannas inſignem acceperunt cladem, Cornelius Sardiniæ Prætor, qui nec ſtipendium, nec frumentum habebat, nec ſibi à populo Romano ob ærarij inopiam poterat ſubuenire, quantum argenti fruméti q; opus habuit à Sardinienſibus ſocijs Romanorum ciuitatibus exegit, Liuio, & Sabel-
3746. lico referentibus. Itaq; anno ſequenti Sardorũ princeps ab Hannibale Carthaginenſium duce, ut inquit Eutropius, uel ab Harſicora Sardiniæ Rege, ut Volaterranus, ſeu inſulæ primario, ut Liuius, ſolicitati ad Carthaginenſes clandeſtinam legationem miſerunt, nunciantes, in Sardinia paruum Romanorum exercitum eſſe, ueterem Prætorem Cornelium prouinciæ peritũ inde decedere; nouum expectari; ad hoc feſſos iam animos Sardorum eſſe diuturnitate imperij; & proximo ijs anno acerbè, atq; auarè imperatum: graui tributo, & collatione iniqua frumenti oppreſſos; nihil deeſſe aliud, quam authorem ad quem deficerent. Quo nuncio accepto, Haſdrubalem cognomento Caluum ducem in Sardiniam Carthaginenſes deligunt, & 12. mille peditum, ac mille, & quingentos Equites cum præſidio L X. nauium longarum

Exactio frumenti, & argenti.

Harſicora Sardiniæ Rex defuit ad Carthaginenſes.

Haſdrubal Caluus in Sardinia miſſus.

rum decernunt. Sub idem ferè tempus, *Anni mũdi* A. Cornelius Mamula, qui aduentu noui Prætoris Sardinia exceſſerat, Romæ retulit, qui ſtatus rerũ in inſula eſſet, ad bellũ, & defectionem ſpectare. Q. Mutium, qui ſucceſſiſſet ſibi, grauitate cœli, aquarumq; aduenientem exceptum, non tam in periculoſum, quam longum morbum implicitum, diu ad belli uim ſuſtinendam inutilem fore, exercitumq; ibi, ut ſatis firmũ pacatæ prouinciæ præſidium eſſe, ita parum bello, quod motũ iri uideretur; quare patres decreuerunt, ut Q. Fuluius Flaccus quinque millia peditum, quadringentos equites ſcriberet, eamq; legionem primo quoq; tempore in Sardiniam traijciendam curaret, mitteretq; cum imperio quẽ ipſi uideretur, qui rem gereret quoad Mutius conualuiſſet. Ad eam rem miſſus eſt Q. Manlius Torquatus: is naualibus longis Caralim ſubductis, naualibuſq; ſocijs armatis, ut terra rem gereret, ex ſociorum auxilijs ſupra ueteres copias duo, & uiginti millia peditum, mille, & ducentos equites confecit; cum his equitum, peditumq; copijs profectus in agrum hoſtium, haud procul ab Harſicoræ caſtris, caſtra poſuit.

Bellum Sardoum.

Q. Manlius Torquatus cum Roma. claſſe in Sardinia.

Harſi-

Anni mũdi Harſicoras tum fortè profectus erat in Pellidos Sardos ad iuuentutem armandam, qua copias augeret: filius eius nomine Hioſtus caſtris præerat. Is adoleſcentia ferox, antequam Harſicoras, & Haſdrubal cum auxiliaribus copijs adeſſent, ſub Manlij acceſſum caſtris ad prælium egreditur; nec magno certamine fuſus, fugatuſq; eſt. Sardi uiriliter pugnantes ad triginta millia cæſi, & mille trecenti fermè uiui capti fuere; reliqui cum Hioſto ad urbem nomine Cornu, illius regionis caput, ſe receperũt. Pacata eo prælio Sardinia fuiſſet, niſi claſſis Punica cum duce Haſdrubale, quæ tempeſtate deiecta ad Baleares fuit, in tempore ad ſpem rebellandi adueniſſet. Manlius audito appulſu Punicæ claſſis, Calarim ſe recepit, & Harſicoræ occaſio datur Pœno ſe iungendi. Haſdrubal copijs in terram expoſitis, & claſſe remiſſa Carthaginem, duce Harſicora, ad ſociorum populi Romani agrum populandum profectus, Caralim peruenturus erat, ni Manlius obuio exercitu ab effuſa eum populatione continuiſſet. Primò caſtra caſtris modico interuallo ſunt obiecta; deinceps procurſationes; leuiaq; certamina uario euentu

Pellidi Sardi.

Hioſtus Sardorum exercitus Dux.

Sardorũ cædes.

Cornu Sard. urbs inſignis.

Haſdrubal cum Punica claſſe in Sardinia.

inita; poſtremò deſcenſum in aciem, ſignisq; collatis iuſto prælio per quattuor horas pugnatum eſt, fortuna neutro inclinante. Poſtremò Romanus uictor Hioſtũ cuſpide tranſuerberauit, duodecim millia hoſtium Pœnorum, Sardorumq; interfecit; mille, & quingenti ſunt capti, & in his Haſdrubal Imperator, Hanno, & Mago Barchini, ſanguinis Hannibali propinqua cognatione iunctus. Signa quoq; militaria ſeptem, & uiginti cepit. Harſicora, qui cum paucis equitibus prælio uiuus exceſſerat, audita filij morte nocte, ne cuiuſquã interuentus cœptum impediret, mortem ſibi cõſciuit. Cæteris urbs Cornu, eadem, quæ antea, fugæ receptaculum fuit, quam Manlius uictore exercitu aggreſſus inter paucos dies recepit: deinde aliæ quoq; ciuitates, quæ ad Harſicoram, Pœnoſq; defecerant, obſidibus datis dediderunt ſeſe; quibus ſtipendio, frumentoq; imperato pro cuiuſq;, aut uiribus, aut delicto Calarim exercitum reduxit; ibi nauibus longis deductus, impoſitoq;, quem ſecũ aduexerat, milite, Romam nauigat, Sardiniam ſubactam, pacatoſq; nunciat Patribus, & ſtipendium Quæſtoribus, frumentum

Anni mũdi

Hioſti mors.

Romanorum victoria.

Haſdrubal, Hanno, & Mago Carthaginenſes capti.

Harſicoræ mors. ob mortem filij et exercitus amissi.

Anni mũdi tum ædilibus, captiuoſq; Fuluio Prætori tradidit, ut ex Liuio, Sylio, Eutropio, Volaterrano, & Sabellico conſtat. Eo anno Q. Ennius inſignis Poëta cum Manlio in Sardiniam uenerat, & ab ea poſtea non receſſit, quouſq; M. Porcius Cato ex Africa Quæſtor decedens eum Romam deduxerit, ut Sylius, & Plutarchus tradunt. *Q. Ennius Poëta in Sardinia.*

Is Cato Sardiniam Prætor ſubegit, & in ea fuit ab Ennio Græcis literis eruditus ætate iam grandis, ut Volaterranus, & Nauclerus. *Cato in Sardinia Græcis litteris eruditus.*

Annis ſequentibus, uſq; ad belli Punici finem, inſulam cum duarum legionum præſidio ferè ſemper Prætores cuſtodiere; & claſſem ad tuendam Sardiniæ oram habuere. *Duarum legionum præſidium, & claſſis pro Sard. cuſtodia.*

3752. Cumq; anno 3752. eſſet fama, naualem apparatum Carthagine eſſe, & Pœnos nauibus ducctis omnem oram Sardiniæ, Siciliæ, & Italiæ impleturos; ad Sardiniæ præſidium additæ ſunt quinquaginta longæ naues, quas P. Scipio ex Hiſpania in Sardiniam Aurunculeio tunc Sardiniæ

3756. Prætori tranſmiſit. Et anno 3756. C. Octauius Sardiniæ Prætor octuaginta onerarias Pœnorum naues, frumento, ſeu præda Hetruſca onuſtas, circa Sardiniam cepit. Itaq; *Naues Pœnorũ captæ.*

annis ſequentibus bello Punico urgente, idem Octauius ex decreto Patrũ naualibus longis quadraginta maritimam Sardiniæ orá eſt tutatus, & in ea aliquas Pœnorũ naues intercepit, ut hæc apud Liuiũ cõſtant. *Anni mũdi*

Frumentum ex Sardinia Romanis administratur. Sardi autem per hæc tempora ingentem uim fruméti Romanis in bello, quod contra Carthaginenſes uarijs in locis habebant, adminiſtrarunt, Liuio referente.

Nota frumenti Sardi. copiam. Anno uerò 3757. tantam frumenti copiam ex Sardinia Romam tranſmiſerunt, ut horrea Romana non ſolùm ea, quæ iam facta erant, ſed noua ædificata repleta fuerint. Cumq; ueſtimenta Romano exercitui deeſſent, mille, & ducentæ togæ, & duodecim millia tunicarum à Sardis data ſunt, Liuio etiam authore. *3757.* *1200. togæ & 12000. tunicæ à Sardis datæ.*

Anno etiam ſequenti centũ onerariæ naues commeatu onuſtæ ex Sardinia in Africam tranſmiſſæ fuerunt. Et altero anno Sardiniæ commeatus tãtam uilitatem annonæ effecerunt, ut mercator pro uectura nautis frumẽtum relinqueret, Liuio referente. *3758.* *3759.* *Mirabilis annonæ uilitas ob Sardiniæ frumentum.*

Pax inter Romanos & Carthaginenſes. Anno deinde 3760. pax à Romanis Carthaginenſibus data eſt, bellumq; Punicum hac præcipua lege finitum, ut Sardinia, *3760.*

Anni mūdi

nia, pro qua illud bellum ſuſceptum erat, Romanorum eſſet, ac illis nullum poſt hac bellum à Carthaginenſibus eius gratia inferretur. Hac pace facta Sardorum animi, qui huius belli expectantes euentum, uaria fortuna per annos 17. ſuſpenſi, & diſtracti erant, hoc tempore conquieuere. Itaq; præſidium Sardiniæ minui cœpit, & tantū legio una, & decem longæ naues, ac ſæpe pauciores ad inſulæ cuſtodiam Prætoribus decretæ fuere, Liuio, & Polybio referentibus. *Legio vna, & 10. longæ naues pro Sardi. præſidio.*

3762. Anno 3762. Cn. Sergius militibus, qui in Sardinia diu ſtipendium fecerāt, agrum ex decreto patrum in inſula aſſignauit, ut ex Liuio, & Polybio conſtat. *Ager militibus Rom. in inſula aſſignatur.*

3763. Anno autem ſequenti, quo M. Porcius Cato erat Sardiniæ Prætor, fugati ex inſula fœneratores; & ſumptus, quos in cultū, Prætorum ſocij facere ſoliti erant, circuncisi, aut ſublati, teſte Liuio, & Sigonio fuere. Eo anno magni commeatus, & ueſtimenta exercitui Romano ex Sardinia miſſa ſunt. *Fœneratores, fugati, & ſumptus circuncisi.* *Commeatus, & veſtimēta Romanis mittunt Sardi.*

3770. Anno etiam 3770. frumenti decimæ imperatæ ſunt, cuius pars Romam, pars in Aetoliam ad exercitum tranſmiſſa fuit, ut Liuius

Bellum cum Mōtanis Sardiniæ populis. Liuius inquit. Poſt hæc bellum cum Montanis Sardiniæ populis, Romani habuere: nam Ilienſes, Balari, & alij, qui in montibus uiuentes, nunquam à Romanis, ut ſupra dixi, debellati fuere; cum parum agri ſeminarij haberent, & quæ habebant ſegniter ſererent, alios Sardiniæ indigenas accuratè colentes ſpoliabant, & quoſdam trans æquora, præſertim Piſanos nauibus inuadebant. Quare Sardiniæ Prætores ex patrum decreto ſæpius eos bello tentarunt, & quædam cohibuerunt, cætera difficultate locorum abſterriti omiſere, & liberos eos reliquere: obſeruabant tamen ipſorū mores, qui poſt latrocinium dies plurimos prædæ nundinas celebrabant, & tunc exercitum artibus quibuſdam ductantes, eos inuadebant, & multos in manus retrahebant, ut Strabo, & Diodorus referunt.

Anni mūdi

Montani ſegniter ſerūt.

Piſani, & alij à Piratis Sardis inuaduntur.

Liberi ſemper Montani Sardiniæ populi.

Anno autem 3780. bellum ab Ilienſibus, Sardiniæ populis renouatum eſt, & Corſi à Romanis defecere: Itaq; M. Pinarus creatus Prætor ſecum in Sardiniam traiecit octo millia peditum ex ſocijs Latini nominis, & trecentos Equites: in Corſica pugnatum eſt, & ad duo millia Corſorum in acie occiſi ſunt, qua clade compulſi obſides

Corſi deſiciunt.

Anni mūdi obſides dederunt, & ceræ centum millia pondo. Poſtea cum Ilienſibus in Sardinia ſecunda prælia facta ſunt; nunquam tamē à Romanis omni parte fuerunt pacati, ut teſtatur Liuius, & Diodorus. *Dāt obſides & ceræ 100000. pondo.*

3783. Triennio poſt T. Eburtius Prætor filium ad Senatum literis miſit, nuncians Ilienſes, & Balaros Mōtanos Sardiniæ populos, prouinciam pacatam inuaſiſſe, nec eis inualido exercitu reſiſtere poſſe. Eadem etiam Sardorum Legati nunciabant, orantes urbibus ſaltem opem Senatus ferret, iam enim agros populatos eſſe; quæ legatio ad nouos magiſtratus reiecta fuit. *Ilienſes, & Balari Montani. Prætoris, et Sardorum legatio.*

3784. Anno poſtea ſequenti Calaritani, & nō nulli alij defecerunt. Itaq; in Sardiniam duæ legiones ſcribi iuſſæ ſunt; quina millia in ſingulas, & duceni pedites, treceni equites, & duodecim millia peditum ſociorum, ac Latini nominis, & ſexcentos equites, & decem quinqueremes naues. Cum eo exercitu T. Sēpronius Gracchus Coſ. traiecit in Sardiniam, ob belli magnitudinem prouinciam conſularem eo anno factam. Ibi (ſi uera ſunt quæ in quinta Decade ſub nomine Liuij ædita, traduntur) multis ſecundis prælijs Sardos perdomuit: *Calaritani deficiunt. T. Sempronius Gracchus in Sardi. victor.*

muit: quindecim millia hoſtium ſunt cæ- Anni mũdi
ſa; omnes Sardorum populi, qui defecerant, in ditionem redacti; ſtipendiarijs ueteribus duplex uectigal imperatum, exactumq;; cæteri frumentum contulerunt. Pacata prouincia, obſidibus ex tota inſula 230. acceptis, legati Romam, qui ea nunciarent, miſſi ſunt, quiq; ab ſenatu peterent, ut ob eas res ductu, auſpicioq; T. Sempronij proſperè geſtas Dijs immortalibus honos haberetur, ipſiq; decedenti de prouincia exercitum ſecum deportare liceret.

3785. Peracto anni curriculo, legati in urbem uenerunt, & Senatus in Aede Apollinis, eorum uerbis auditis, ſupplicationem in biduum decreuit, & quadraginta maiores hoſtias Conſules immolare iuſſit; ac M. Popilium illius anni Prætorem deprecatus fuit, ne in Sardiniam iret, ſed illam T. Sempronio relinqueret, quem uti Proconſulem, cum eodem exercitu, eo anno in prouincia manere uoluit.

3786. Altero autem anno ex Sardinia reuerſus, ut inquit Volaterranus, caprarum greges, captiuorumq; uictor portauit, & triumphum egit.

3788. Biennio poſt tabulam in ædem Matris Matutæ

Anni mūdi Matutæ poſuit, in qua Sardiniæ inſulæ forma erat, atq; in ea ſimulachra pugnarum picta, cum hoc indice, Tib. Sempronij Gracchi Conſulis imperio, auſpicioq; legio, exercituſq; P. R. Sardiniam ſubegit: In ea prouincia hoſtium cæſa, aut capta ſupra octoginta millia; Rep. fœliciſſimè geſta, atq; liberatis uectigalibus reſtitutis, exercitum ſaluum, atq; incolumem pleniſſimum præda domum reportauit; iterum triumphans in urbem Romam redijt, cuius rei ergo hanc tabulam donum Ioui dedit. Hæc omnia tradit Author quintæ Decadis, quæ nomine T. Liuij circumfertur. Et Cornelius Nepos, ſeu alius incertus Author qui librum de uiris illuſtribus ſcripſit, addit, ob eam captiuorum multitudinem, prouerbium fuiſſe celebratum, Sardi uænales, quo poſtea Cicero contra Tigellum uſus fuit. Sed apud Liuij Abbreuiatorem tantùm legitur, eo anno in Sardinia fuiſſe bellatū, & quidem (ut inquit Sabellicus) parū memorabili euentu: tantùm enim in quaſdam urbes ſæuitū fuit, & præcipuè in urbem Calaris, illiuſq; gentem, quam, ut tradit L. Florus, & Iornandes, cōtumacem repererat; reliqui autem

Sardiniæ forma in æde Matris Matutæ.

Vrbs Calaris & aliæ expugnantur.

G Montani

Mótani populi, inuicti ſemper perm anſerunt, ut Liuius in fine quartæ Decadis, Diodorus, & Strabo tradiderunt: nec memoratum prouerbium originem traxit ex eo bello, ſed longè ante Romuli tempore, quando triumphum egit de Veijs Hetruriæ populis, qui erant Sardiniani coloni, & Sardi dicebantur, Plutarcho, & M. Varrone referentibus. *Anni mũdi*

Sardi uænales, prouerbium ortum à Veijs Sardianis colonis.

Binæ decumæ in Sard. imperatæ.

Anno deinde 3790. binæ decumæ in Sardinia fuerũt imperatæ, ac multum frumenti in Macedoniam portatum. 3790.

Anno autem 3835. Aurelius Horeſtes Cõſul, ut Abbreuiator Liuij, & Cuſpianus referunt, Sardos, qui defecerant, ſubegit, & ob atrocem, inſalubremq; hyemem ueſtem in exercitum imperauit. Sardi autem miſſis ad Romanos legatis excuſationem dederunt, & Senatus iuſſit Horeſti aliunde ueſtimenta militibus parare: deinde ob C. Gracchi tunc Sardiniæ Quæſtoris merita ſpontè ueſtem militibus dedere; Graccus enim cum Sardis ſe benè geſſit, deditq; omnis ſpecimẽ uirtutis, ac alios Quæſtores iuſtitia, temperantia, & induſtria antecelluit, ut tradit Plutarchus, Sabellicus, & Au. Gellius, qui, Caium Graccum ex Sardinia 3835.

Veſtes in Sardinia impera tæ non dantur.

Sponte dantur.

C. Gracchus in Sardinia uirtutis ſpecimen dat.

Anni mũdi. dinia redeunte, hanc orationem ad populum in concione habuiſſe, refert. Verſatus ſum, inquit, in prouincia quomodo ex uſu ueſtro exiſtimabam eſſe, non quomodo ambitioni meæ conducere arbitrabar, nulla apud me fuit popina, neq; pueri eximia facie ſtabant; ſed in conuiuio liberi ueſtri modeſtius erant, quam apud Principem. Poſt deinde hæc dicit; Ita uerſatus ſum in prouincia, ut nemo poſſit uerè dicere aſſem, aut eo plus in muneribus me accepiſſe, aut mea opera quempiam, ſumptum feciſſe. Biennium enim fui in prouincia, ſi ulla meretrix domum meam introiuit, aut cuiuſq; ſeruulus propter me ſolicitatus eſt, omnium nationum poſtremum, nequiſſimumq; exiſtimato: cum à ſeruis eorum tam caſtè me habuerim, inde poteritis conſiderare, quomodo me putetis cum liberis ueſtris uixiſſe. Atq; ibi ex interuallo; Itaq;, inquit, Quirites cum Roma profectus Zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inanes retuli. Alij uini amphoras, quas plenas tulerunt, eas argento plenas domum reportauerunt. Diſceſſerat autem Gracchus ex Sardinia ſua ſponte, non ueniente

ſucceſſore, ut Cornelius Nepos refert. *Anni mūdi*

Anno etiam 3848. bellum cum Sardis 3848.

M. Metellus in Sardinia. renouatū eſt, de illiſq; M. Metellus triumphū egit, ut tradunt Eutropius, Sex. Ruffus, Cuſpianus, & Onuphrius Pannuinus.

Ortum eſt poſtea primum ciuile bellū

Sardi Syllanæ factionis. inter Marium, & Syllam, qui anno 3879. 3879.
uictor Romam intrauit, & dictatorem ad 120. annos ſe fecit, atq; L. Philippum Legatum ad Sardos miſit, qui pulſo, occiſoq; Antonio Prætore Marianæ factionis, inſulam occupauit, teſte Liuij Abbreuiatore. Eo tempore creditur Syllanos Sardiniæ oppidum fuiſſe conditum, & nomen ſortitum : nam & Syllam pleraſq; colonias feciſſe teſtatur Plutarchus. *Syllanos Sardiniæ oppidum cōditū.*

Anno 3883. obijt Sylla, & M. Aemi- 3883.
lius Lepidus Conſ. Marianæ partis aſſertor, contra Q. Luctatium Conſulem Syllanæ factionis in Sardinia molitus eſt bellum: ſed poſt paucos dies diſtillationis morbo, ut inquit Appianus Alexan. uel mœrore ob coniugis adulterium confectus, ut uult Plutarchus, re infecta obijt. *Lepidus in Sard. obijt.*

Piraticum Bellum. Anno 3893. Piraticum bellum Cneo 3893.
Pompeio decretum eſt, nam Sardinia, & alia maritima loca Piratarū incurſionibus, & po-

Anni mũdi & populationibus uexabantur: Pompeius luſtrato Sardoo mari Sardiniæ oram Lentulo Marcellino, & P. Attilio tuendam tribuit, eaq; cura alia maria tutatus, intra paucos menſes prædones omnes fudit, fugauitq;, & tutum mare nauigantibus reddidit, ut refert Sabellicus. *Lentulus, Marcellin⁹, & P. Attilius Sardiniæ oram tutantur.*

3894. Anno ſequenti idem Pompeius procurationi, & adminiſtrationi frumentariæ præpoſitus, magnam uim frumenti ex Sarnia congeſſit, annonæq; anguſtiam leuauit, teſte Plutarcho in eius uita. *Sardiniæ frumentum leuat anguſtiã annonæ.*

Per memorata tẽpora, ut creditur duæ coloniæ in Sardiniam deductæ ſunt, colonia ſcilicet ad Turrim Libyſonis Septentrioné uerſus, de qua Plinius, Ptolemæus, Onuphrius, & Sigonius. Et Vſellis colonia Orientem uerſus, de qua Ptolemæus, & Onuphrius. Calaris inſuper facta eſt urbs ciuium Romanorũ, teſte Plinio; &, ut creditur, condita fuit in Sardinia ciuitas Tibula Septẽtrionem uerſus à Tiburtinis, & Latinis Romanorum ſocijs, à quibus per compoſitionem dicti ſunt populi Tibulatij, de quibus etiam meminit Ptolemæus. Ad hæc Sardi quamplures ob eorum merita, & uirtutes ciuitate Romana, ut, in *Colonia in Sardinia ad Turrim Libyſonis. Vſellis colonia. Calaris urbs ciuium Rom. Tibula in Sard. cõdita. Sardi plures ciuitate Ro. donati.*

ut, in oratione pro L. Cornelio Balbo, in-
quit Cicero, fuerunt donati.

ROMANI IMPE-
RATORES.

Cæſar Sardiniam occupat.

C. IVLIVS Cæſar Reipublicæ
Romanæ dictator anno 3913. 3813.
miſſo Q. Valerio cum legio-
ne una, Sardiniam ab imperio
uacuam occupauit. Sardi enim Cæſaris

M. Cotta, et Q. Valerius Prætores in Sardinia.

imperio cedentes M. Cottam Prætorem
ex urbe Calaris, & inſula eiecerunt; ac ul-
tro Valerium cum imperio receperunt,
qui inſulam eo anno adminiſtrauit, Dio-
ne, Cæſare, Paulo Oroſio, & Appiano A-
lexandrino referentibus.

Sex. Peduceus Prætor. Sardinia nauibus longis munita.

Anno ſequenti Sex. Peduceum in Sar- 3914.
diniam Cæſar delegauit, & nauibus longis
inſulam muniuit, ut Appianus Alexandri-
nus, & alij referunt.

Anno 3916. Q. Varro, M. Cato, mul- 3916.
tiq; alij Pompeiani magna nauium claſſe
Sardiniæ oram infeſtarunt; itaq; Cæſar,
qui ex Sardinia auxilium, commeatumq;

Cæſar in Sardinia. Sulcitani à Cæſare multantur.

habuit, in Africam profectus eos uicit, &
inde in Sardiniam reuerſus inſulam luſtra-
uit, & compoſuit. Sulcitanos, qui L. Na-
ſidium

Anni mũdi ſidium cum claſſe Pompeiana receperant H-S. centum millibus multauit, & pro decimis octauas pendere iuſſit, bonaq; paucorum uendidit. Stetit in Sardina dies de-
3918. cem & octo, & abijt Romam; ubi biennio poſt à Coniuratis uiginti tribus uulneribus fuit confoſſus, poſtquam in Sardina regnauerat annos quinque, & menſes Dione, Sabellico, & Cæſare atteſtantibus. *Cæſaris mors*
Interfecto Iulio Cæſare bellum ciuile fuit
3920. reparatum, ſed anno 3920. Cæſar Octauinanus C. Iulij Nepos triumuiratũ cum Lepido, & Antonio cõcluſit, prouinciaſq; partitus Sardiniam ex duplici fœdere obtinuit, duabuſq; legionibus muniuit, ut ex Dione, Sabbellico, & Appiano Alexand. conſtat. Sex. autem Pompeius, Marcus, & Aenobarbus, ac alij proſcripti, & fugitiui factionis Bruti, & Caſſij, formidabili coacto exercitu, oram Sardiniæ cædibus, & rapinis compleuerunt, ac mari intercluſo Sardiniæ commeatum impediere, eodem Dione, & Appiano referentibus. *Octauianus Sardiniam obtinet.* *Pompeiana claſſis Sardiniæ oram uaſtat.*
3921. Anno ſequenti orta diſcordia inter Antonium, & Cæſarem bellum reparatum fuit; Antonius, qui Sex. Pompeium fautorem habebat, Menná cum Pompeij claſſe *Menna cum Põpeij claſ-*

quatuor

ſe Sardiniã occupat pro Antonio. quatuor legionibus inſtructa ad Sardiniã ſibi occupandam miſit, inſulamq; Cæſari parentem facilè eſt conſequutus; ac duas legiones, quas in ea inuenit ob Antonij cum Pompeio conſpirationem metu territas, ſibi aſſumpſit. Sed non multum eam tenuit; nam L. Coccei opera pacem cum *Reſtituitur Cæſari.* Cæſare reſarciuit, & ex cõditione noui fœderis inſulam illi reſtituit, ut refertDion, & Appian. Alexand. *Anni mũdi*

Sex. Pompeius Sard. occupat. Biennio poſt Sex. Pompeius, audita Cæſaris, & Antonij pace, Mennam libertum cũ magna nauium claſſe in Sardiniam miſit, qui copijs in terram expoſitis, obuio *M. Lucius. Sardin. Prætor victus.* exercitu à M. Lucio tũc Prætore adortus, primo congreſſu terga dedit, poſtea firmatis, contractiſq; in unum locum copijs Lucium, qui nullo ſeruato ordine milites inſectabatur, uicit, & ex inſula fugauit. *Calaris capta.* Calarim poſtea obſidione cepit, & in ea *Helenus Cæſaris libertus.* Helenum Cæſaris libertum, cætera quoq; oppida, arceſq; ex concordia obtinuit, & ad Cæſarem, Helenum dimiſit, ut Dion, & L. Florus referunt. 3923.

Poſt captam Sardiniam, Pompeius nauibus prædatorijs mare adeò infeſtum fecit, ut commeatibus impeditis Romam

fame

Anni mūdi ſame aſperrima afflixerit; illis tandem ab Antonio obuiam itum eſt, & pax hac lege facta, ut Sardiniam Sex. Pompeius haberet, quod tradunt Plutarchus, Dion, Sabellicus, & Appian. Alexand.

3924. In ſequenti anno Pompeius fœderis cō ditiones rupit, ac Mennam Sardiniæ Prætorem, ſibi ex leuiſſimis cauſis ſuſpectum, legatis ad eum miſſis reuocat; ſed Menna legatos occidit, & Philadelphum Cæſaris libertum, qui in inſulam frumenti conuectandi gratia uenerat, ad Cæſarem Octauium mittit, & Sardiniam cum tribus legionibus, & ſexaginta nauium claſſe illi obtulit, ut Oroſius, Dion, & Appianus Alexandrinus tradunt. *Menna Sardiniæ Prætor ad Cæſarem deficit.*

Octauius parta Sardinia Lepidum abdicare coegit, Pompeium, & Antonium uicit; atq; ita illis mortuis ſingulare imperium ex S. P. Q. R. uoluntate ſibi uni ſtabiliuit, prouincias omnes diſpoſuit; Sardiniam, & undecim alias S. P. Q. R. adminiſtrandas tradidit, teſte Suetonio, & Onuphrio Pannuino. Regnauit Octauius, & Sardiniæ dominatus eſt annos 55. & poſt illius obitum cæteri Imperatores Romani uſq; ad quartum annum Fl. Anthemij hac *Octauius Sardiniam recuperat.* *S. P. Q. R. Sardiniā adminiſtrat.*

ſerie ſucceſſerunt, & Sardiniæ regno domi nati ſunt. *Anni mũdi*

Anno à Natiuitate Saluatoris Ieſu Chriſti 15. Tiberius Cæſar Rom. Imperator eſt aſſequutus Sardiniam, & in ea regnauit annos 22. menſes 6. dies 26: & obijt 17. Kal. Aprilis. 3976.

Romani Imperatores in Sardinia regnantes.

Anno 38. Caius Cæſar cognomento Caligula Imperator Roman. accepit Sardiniam, regnauitq; in ea annos tres menſes 10. dies 9: & occiſus eſt 9. Kal. Febru. 3988.

Anno 42. Claudius Cæſar Rom. Impe. Sardiniam regere cœpit, & in ea regnauit annos 13. menſes 8. dies 20: & mortuus eſt 3. Idus Octobris. 4002.

Anno 56. Nero Claudius Cæſar Rom. Imp. Sardiniam obtinens, regnauit annos 13. menſes 6. dies 28: & ſeipſum interfecit 4. Idus Iunij. 4014.

Anno 69. Sergius Galba Rom. Impera. Sardiniam aſſequutus, regnauit menſes 3. dies 5: & occiſus eſt 17. kal. Febr. 4027.

Anno 70. Otho Siluius inuaſit Imperiũ Romæ, & Aulus Vitellius factus eſt à Germanicis exercitibus Imperator: unde Sardinia nemini acceſſit, quouſq; res, Othonis ex tribus prælijs ſub Alpibus, circa Placentiam 4028.

Anni mūdi centiam, & ad Caſturem factis ſuperiores fuere; tunc enim fama uictrix partes Imperatoris Othonis tenuit, quouſq; ſeipſum interfecit 12 Kal. Maij eiuſdem anni, ut refert Cornel. Tacitus.

Eodē anno Aulus Vitellius Rom. Imp. mortuo Othone tenuit Sardiniam, & illi dominatus eſt menſes 8. dies 5. Occiſus eſt 9. Kal. Ianuarij.

4031. Anno 71. Veſpaſianus Rom. Imp. obtinuit Sardiniam, & regnauit annos 9. menſes 6: & 8. Kal. Iulij obijt.

4040. Anno 80. Titus Veſpaſianus R. Imp. regnare cœpit in Sardinia, & imperauit annos 2. menſes 2. & dies 20: & Idibus Septembris mortuus eſt.

4042. Anno 82. Domitianus Rom. Imp. Sardiniam habuit, & regnauit annos 15. dies 6; & occiſus eſt 14. Kal. Octobris.

4057. Anno 97. Nerua Cæſar. Roma. Imper. obtinuit Sardiniam, & in ea dominatus eſt annum 1. menſes 4. dies 11: & mortuus eſt 6. Kal. Februarij.

4059. Anno 99. Vlpius Traianus Rom. Imp. aſſequutus Sardiniam, regnauit annos 19. menſes 6. dies 15: & mortuus eſt 6. Idus Auguſti.

Anno 118. Aelius Adrianus cum Rom. Imperio Sardiniam habuit, & retinuit annos 20. menſes 10. dies 29: & 6. Idus Iulij mortuus eſt. Hic Sardiniam, & Corſicam, quæ hucuſq; ſub uno Prætore Sardiniæ fuerũt adminiſtratæ, ſeiunxit, & præſidiales, teſte Ruffo, & Onuphrio, fecit. Anni mũdi 4078.

Sardinia, & Corſica præſidiales prouinciæ.

Anno 139. Antoninus Pius Rom. Imp. obtinuit Sardiniam, & regnauit annos 22. menſes 6. dies 26: & obijt Nonis Martijs. 4099.

Septimius Seuerus, qui poſtea fuit Imperator, hoc tempore fuit Sardiniæ Quæſtor, Aelio Spartiano referente.

Anno 162. M. Aurelius Antoninus, & L. Antoninus Verus Rom. Imperat. ſuſceperunt Sardiniam, & regnarunt ambo annos circiter 9. M. Aurelius uerò omninò regnauit annos 19. dies 11: & mortuus eſt 16. Kal. Aprilis. 4122.

Anno 177. L. Commodus M. filius Ro. Imp. ſimul cum patre habuit, & regnauit in Sardinia annos 3. menſes 3. dies 18: & eo mortuo ſolus regnauit annos 12. menſes 8. dies 15: & occiſus eſt pridie Kal. Ianuarij. 4137.

Anno 194. Heluius Pertinax Ro. Imp. accepit Sardiniam, & regnauit in ea menſes 2. 4154.

Anni mũdi ſes 2. dies 28; & interfectus eſt 5. Kalen. Aprilis.

Anno eodem Didius Iulianus Ro. Imp. aſſequutus Sardiniam, regnauit menſes 2. dies 5: & Kal. Iunij eiuſdem anni fuit interfectus.

Anno eodẽ Septimius Seuerus Roma. Imp. obtinuit Sardiniam, & regnauit annos 17. menſes 8. dies 3: & mortuus eſt pridie Non. Februarij.

4159. Anno 199. Baſſianus, qui Antonius Caracalla dicebatur, cum Seuero patre regnauit in Sardinia annos 13. & patre mortuo annos circiter 6: & occiſus eſt 6. Idus Apri.

4178. Anno 218. Opilius Macrinus Ro. Imp. obtinuit Sardiniam, & imperauit annum 1. menſem 1. dies 28: & interfectus eſt 7. Idus Iunij eiuſdem anni.

4179. Anno 219. M. Aurelius Antoninus, cognomento Heliogabalus, Rom. Imp. habuit, & regnauit in Sardinia annos 3. menſes 9. dies 4: mortuus eſt 6. Idus Martij.

4183. Anno 223. Aurelius Alexander, Mammeæ filius, Rom. Imp. obtinuit Sardiniam, & regnauit annos 13. dies 9: & occiſus eſt 15. Kal. Aprilis.

4196. Anno 236. Iulius Maximinus Roman. Imp.

Imp. accepta Sardinia regnauit annos 2: & Anni mūdi
poſt aliquot menſes occiſus eſt.

Anno 238. Pupienus Balbinus, & Gor 4198.
dianus Rom. Imper. aſſequuti Sardiniam,
regnarunt annum unum: & occiſi ſunt.

Anno 239. Gordianus Iunior Ro. Imp. 4199.
habuit Sardiniam, & regnauit annos circi-
ter ſex; & occiſus eſt.

Anno 245. Philippus Chriſtianus Rom. 4205.
Imp. accepit Sardiniam, & regnauit una
cū Philippo filio etiam Chriſtiano annos
5: & interfecti fuere.

Anno 250. Traianus Decius Ro. Imp. 4210.
tenuit Sardiniam, & imperauit cum filio
Decio annis 2: & occiſi ſunt.

Anno 252. Gallus Rom. Imp. habuit Sar 4212.
diniam, & regnauit cum Voluſiano eius fi
lio annum 1. menſes 6: & interfecti ſunt.

Anno 257. Licinus Valerianus, & Ga- 4217.
lienus Rom. Imp. aſſequuti Sardiniam, do
minati ſunt annos 7: & Valerianus à Perſis
uictus, & captus fuit.

Anno 264. Galienus Rom. Imp. ha- 4224.
buit, & regnauit in Sardinia cum fratre Va
leriano, & filio Galieno annos octo: & 12.
kal. Aprilis cum fratre, & filijs occiſus eſt.

Anno 269. Flauius Claudius Ro. Imp. 4229
accepit

Anni mũdi accepit Sardiniam, & regnauit in ea annũ unum, menſes 11. dies 7: & pridie Nonas Februarij mortuus eſt.

4231. Anno 271. M. Aurelius Quintillus Ro. Imp. obtinuit Sardiniam, & in ea regnauit dies 17: & occiſus eſt. 10. Kal Martij.

Eo anno Valerius Aurelianus Ro. Imp. obtinuit Sardiniã, & dominatus eſt annos 4: mẽſes 11. dies 7: & fuit occiſus 4. Kal. Februarij, fuitq; inter regnum menſium 8.

4236. Anno 276. M. Claudius Tacitus Ro. Imp. obtinuit Sardiniã, & illi dominatus eſt mẽſes 6. dies 20: & occiſus fuit Idibus Aprilis.

4237. Anno 277. Annius Florianus Ro. Imp. obtinuit, & dominatus eſt Sardiniæ mẽſes 2. dies 20: & interfectus fuit 5. Nonis Iulij.

Eodem anno Valerius Probus Rom. Imp. habuit Sardiniam, & regnauit annos 5. mẽſes 4: & occiſus eſt 4. Nonas Nouẽb.

4242. Anno 282. M. Aurelius Carus Roma. Imp. habuit Sardiniam, & regnauit cum filijs Charino, & Numeriano Cæſaribus annum unum: & mortuus eſt.

4244. Anno 283. M. Aurelius Charinus, & M. Aurelius Numerianus Rom Imp. aſſequuti Sardiniam regnarunt annũ unum; & mortui ſunt.

Anno

Anno 284. Aurelius Valerius Diocletianus Rom. Imp. accepta Sardinia, regnauit in ea ſolus annos 2. & una cum Maximiliano alios annos 18. & imperio ſe abdicauerunt 11. Kal. Maij. *Anni mūdi* 4244.

Anno 304. Conſtantius, & Galerius Rom. Imp. partiti ſunt imperium, atq; ita Sardiniam, Italiam, Africam, & Gallias Conſtantius; reliquas partes Galerius obtinuit. Sed Conſtantius Gallia, Hiſpaniaq; contentus, Galerio Sardiniam, & cæteras partes reliquit; & ita in Sardinia regnauit Galerius annos circiter 2: poſtea Cæſarem elegit ſeuerum, cui Sardiniam, & Italiam commendauit. Hic Seuerus regnauit annum 1. & menſes aliquot: & Rauennæ interfectus eſt, ut ex Oroſio, Eutropio, & Platina conſtat. 4264.

Anno 306. Maxentius, Maximini Herculis filius, Rom. Imp. aſſequutus Sardiniam, regnauit in ea annos circiter 6: & occiſus eſt. 4266.

Anno 312. Conſtantinus Maximus Imp. Rom. habuit Sardiniam, & imperauit in ea annos 24. menſes 9. dies 28: & mortuus eſt 11. Kal Iunij.

Refert. Platina aliquos ſcribere (ſine

authore

Anni mūdi authore tamen) Sardiniam cum fundis ſuis hoc tempore fuiſſe à Conſtantino dono datam Eccleſiæ ſanctorum martyrum Marcellini Presbyteri, & Petri Exorciſtæ, quam ipſe, Romæ in uia Lauicana inter duas lauros ædificauerat; id etiam tradit Damaſus in Pontificali. *Nota de donatione Sardiniæ à Conſtantino facta.*

Sunt & alij, qui aſſerunt omnes Italiæ, & Occidentalium regionum prouincias, atq; ita Sardiniam, fuiſſe à Cōſtantino Beato Syluestro Papæ, & ſucceſſoribus conceſſas, ut apud Iſidorum, Iuonem, Phocium, & in Gratiani decretis eſt uidere: ſed quia non deſunt, qui id negent, diiudicandum acrioris ingenij uiris relinquo. Zoſimus tamen, & Onufrius tradunt hoc tempore Conſtantinum Romanum imperium in Occidentale, & Orientale ſecuiſſe, & nouas prouinciarum diſtinctiones feciſſe, nouoſq; magiſtratus excogitaſſe, atq; ita Sardiniam prouinciam Præſidialem Italiæ feciſſe, quæ à proprio Præſide quotannis creato regeretur, cui præeſſet Vicarius urbis, & Vicario Præfectus Prætorio Italiæ, qui poſt Imperatorem primus erat. *Sardinia prouincia Præſidialis Italiæ.*

4297. Anno 337. Conſtans, diuiſo cum fratribus imperio, Sardiniam obtinuit, & in ea

regnauit annos 1 2. menſes 9: & mẽſe Martij occiſus eſt. Anni mũdi

Anno 3 5 0. Fl. Magnetius Rom. Imp. Occidentalis obtinuit Sardiniam, & regnauit annos 3. menſes 7: & acie profligatus fuit menſe Iunij. 4310.

Anno 3 5 3. Conſtantius Rom. Imp. Occidentalis habuit Sardiniam, & regnauit annos 9. menſem unum: & obijt menſe Nouembris. 4313.

Anno 3 6 2. Iulianus, cognomento Apoſtata, Rom. Imp. obtinuit Sardiniam, & in ea regnauit annum unum, menſes 8. dies 2 7: & 7. Kal. Iulias occiſus eſt. 4322.

Anno 3 6 4. Iouianus Rom. Imp. aſſequutus Sardiniam, regnauit menſes 5. dies 2 2: & mortuus eſt 1 3. Kal. Martii.

Anno eodem Valentinianus, diuiſo cum Valente fratre Rom. Imperio, Sardiniam obtinuit, & in ea regnauit annos 11. menſes 8. dies 22: & mortuus eſt 1 5. Kalen. Decembris. 4324.

Anno 3 7 5. Gratianus, & Valentinianus iunior Rom. Imp. habuerunt Sardiniam, & in ea regnarunt ſimul annos 7. menſes 9. dies 9: & mortuus eſt Gratianus 8. Kal. Septembris. 4335.

Anno

Anni mūdi 4343. Anno 383. Fl. Maximus Occidētis Imperium, & cum eo Sardiniam occupauit, regnauitq; annos 5. dies 2: & occiſus eſt 6. Kal. Septembris.

4348. Anno 388. Valentinianus Iunior Rom. Imp. Occidentalis, Sardiniam habuit, & regnauit annos 3. menſes 8. dies 18. & occiſus eſt Idibus Maij.

4352. Anno 392. Flau. Eugenius Rom. Imp. Occidentalis, Sardiniam accepit, & in ea regnauit annos 2. & menſes 4. dieſq; 14: & occiſus eſt 8. Idus Septembris.

4357. Anno 397. Honorius Rom. Imp. Occidentalis Sardiniam tenuit, regnauitq; annos 28. dies 10. & mortuus eſt 18. Kalen. Septembris.

4383. Anno 423. Fl. Ioannes Sardiniam, & Occidentis Imperium occupauit, ac illis annos duos imperauit. Poſtea Idibus Octobris, Placidus Valentinianus, Imperator creatus, obtinuit Sardiniam, & in ea regnauit annos 29. & menſes 5. dieſq; 23: & occiſus eſt 15. Kal. Aprilis.

4415. Anno 455. Anicius Maximus Ro. Imp. Occidētalis Sardiniā aſſequutus, regnauit menſes 2. dies 27: & pridie Idus Iunij occiſus eſt, fuitq; inter regnum 28. dierum.

Anno eodem Mecilius Auitus Roma- *Anni mūdi*
norū Imperator Occidentalis Sardiniam eſt nactus,& in ea regnauit menſes 10. dies 8: & imperio ſe abdicauit 16. Kal. Iunii, fuitq; inter regnum menſium 10. & dierum 15.

Anno 457. Iulius Valerius Maiorinus 4417.
Romanorum Imperator Occidentalis conſequutus eſt Sardiniam, & in ea eſt dominatus annos 4. menſes 4. dies 2: & occiſus eſt Nonis Auguſti.

Anno 461. Vibius Seuerus Romano- 4421.
rum Imperator Occidentalis Sardiniam accepit, regnauitq; annos 3. menſes 8. & dies 28: & eo mortuo fuit inter regnum anni unius, menſium 7. dierum 27.

Anno 467. Fl. Anthemius Imp. Occidentalis Sardiniam habuit, regnauitq; in ea annos 4, & mēſes aliquot; & à Genſerico Vandalorum rege, Sardiniam armis occupante, regno priuatus fuit anno à Caio Iulio Cæſare circiter 518.

Horum Imperatorum temporibus Sardi pacatè uixere, nullumq; memorabile bellum habuere; & urbes, quæ plures in Sardinia, teſte Ptolemæo,& Antonino Pio, erant, hoc tempore maximè floruere, ac amplif-

Anni mũdi ampliſſimis, & ſumptuoſiſſimis ædificijs, quorum reliquiæ adhuc uiſuntur, exornatæ fuere.

Via lata, quæ adhuc in Sardinia apparet, fuit ab urbe Turrium, uſq; ad urbem Calaris, ultra 125. millia paſſuum magnis lapidibus ſtrata. Et aquæductus altitudinis ſex cubitorum, & longitudinis 12. millia paſſuum, per quem fons aquæ claræ à Valle ſancti Martini, uſq; ad urbem Turrium deducebatur, fuit tunc conſtructus, & illius pulcherrimæ partes, & maximæ hucuſq; extant. *Via lata in Sardinia.* *Aquæductus in Turribus Sard.*

Hoc etiam tempore, quo Sardi ſumma pace, & ocio fruebantur, dignatus eſt, Rex
3994. pacificus Dominus noſter Ieſus Chriſtus uenire in mundum, & genus humanum redimere: anno enim 29. Imperij Octauiani Auguſti 8. kal. Ianuarij natus eſt de Maria Virgine, & 18 Tiberij Cæſaris 7. Kalen. Aprilis crucifixus; triduo poſt à mortuis reſurrexit, & 40. die in cœlum aſcendit. *Chriſti Domini noſtri Natiuitas, Paſſio, Reſurrectio, & Aſcenſio.*

3994. Quadriennnio poſt, anno ſcilicet à Natiuitate Chriſti 38. Tiberius Cæſar quatuor millia iuuentutis Iudæorum Vrbe expulit, & in Sardiniam miſit, ut Ioſephus, & Sabellicus referunt; & eodem anno Senatus,

Popu

Populuſq; Romanus Chriſtianos omnes Vrbe eliminari iuſſit, ut tradunt Oroſius, Suetonius, & Euſebius: atq; ita iudicatur eorum plures etiam in Sardinia fortè miſſos Sacrum Chriſti Euangelium diſſeminaſſe.

Euangelium in Sardinia prædicatur.

Beatus etiam Paulus Apoſtolus, qui liberatus à carcere anno circiter 60. ſalutare uerbum, ut inquit Primus Cabilunenſis Epiſcopus, in Corſica prædicauit; & S. Petrus Apoſtolus, qui totum Occidentem, ut refert Nicephorus, prædicãdo peragrauit, in Sardinia Chriſti Euangelium diſſeminaſſe creduntur. Cæterum in Sardinia illi tantùm inſtituerunt Eccleſias, quos Beatus Petrus Apoſtolus, uel eius ſucceſſores conſtituerunt Sacerdotes, ut tradit Innocentius Papa huius nominis primus, quem Iuo, & Gratianus referunt: atque ita in Sardinia plures ſummi uiri ſanctitate perſpicui, & miraculis clari his temporibus floruere.

S. Petrus, et S. Paulus in Corſica, & Sardinia.

Anno enim .... Aemilianus, Priamus, Lucianus, & Fœlix fœmina ſanctitate in Sardinia excelluerunt, & 5. Kal. Iunij miraculis clari migrarunt in Cœlum, ut inquit Vſuardus.

S. Aemilianus.
S. Priamus.
S. Lucianus.
S. Fœlix.

Anno

Anni mũdi

Anno....... S. Saluſtianus miraculis in Sardinia clarus obdormiuit in domino 6. Idus, Iunij ut refert Vſuardus. Hunc ſanctũ Iuſtinianum appellat Maurolicius Abbas. S. Saluſtianus.

Anno....... Gabinus, & Chriſpulus ſanctitate inſignes, in Turribus Sardiniæ martyrium paſſi 3. Kal. Iunij decenter honorantur, eodem Vſuardo referente. S. Gabinus. S. Chriſpulus in Turribus.

Anno....... Creſcentianus, qui in præclara Turrium urbe ſanctitate, & miraculis fulſit, pridie Kal. Iunij martyrio coronatus migrauit in Cœlum, ut tradit Vſuardus. Is etiam in metropolitana Turrium Eccleſia ſummo in honore habetur. S. Creſentianus.

Anno....... Iuſta, Iuſtina, & Henedina ſanctitate in Sardinia fulgentes, pridie Idus Maij migrarunt in Cœlum; & in Cathedrali Sardiniæ Eccleſia ſub eorum inuocatione erecta decentiſſimè coluntur. S. Iuſta. S. Iuſtina. S. Henedina

Anno circiter 125. Antiochus medicus nobiliſſimus, atq; optimus, natione Maurus, ac fide Chriſtianus ab Adriano Imperatore, tunc in Africa exiſtente captus, ob fidei conſtantiam acerrimis tormentorum generibus cruciatur, & in ahenum feruentiſſimi olei, picis, & reſinæ mergitur; & cum ſigno Crucis, & Angeli tutela illæſus euade- S. Antiochus in Sulcitana inſula.

euaderet Vrſo, Leoni, atq; Pardo traditur; *Anni mũd.*
ſed eorum feritatem oratione compreſſit, & Deorum idola cõminuit. Vnde iuſſu Adriani in Sardiniæ Sulcitanam inſulam, à plebe, & cultura hominum deſertam, à Ceriaco deportatur: ibiq; in uaſtiſſimo antro uigilijs, ieiunijs, & orationibus Deo ſeruiebat; & infirmos ex Sardinia ad eum confluentes curabat, pluresq; ad fidẽ Chriſti uocabat; atq; ita iuſſu præſidis captus oratione facta, ac uoce de cœlo audita, cunctis mirantibus, in Cœlum migrauit Idibus Decembris, ut in illius hiſtoria, in Eccleſia ſulcitana recondita, conſtat. Eius corpus in ampliſſimo templo ſub eius inuocatione conſtructo Sardiniæ Populi frequentiſſimi uenerantur.

S. Potitus. Anno circiter 168. Potitus natione Sardenſi, unicus Hylæ filius, patre relicto, dæmoniſq; tentationibus ſuperatis mira ſanctitate floruit, multiſq; miraculis claruit: Nam in urbe Valeriana Quiriacam Agathonis cõiugem lepra mũdauit, & Romæ Agnetem Antonini Pij filiam dæmone liberauit; idola quoq; oratione comminuit, & diſſipauit. Itaq; ab Antonino tunc Chriſtianos perſequente captus, & fuſtibus 4128.

Anni mūdi ſtibus cæſus, cateniſq; ferreis ligatus, in carcere fuit recluſus. Sed Angelus, catenis ad inſtar ceræ liquefactis, eum mirabiliter eſt conſolatus. Cum poſtea equuleo ſuſpenſus, exungulatus, ad beſtias damnatus, & in ſartaginem feruentis olei miſſus illæſus remaneret, iuſſu Antonini fuit, oculis effoſſis, & lingua abſciſſa, in Apulia decollatus Idibus Ianuarij; cuius anima in columbæ ſpecie cunctis uidentibus migrauit in Cœlum; Corpus autem à Chriſtianis in Sardiniam delatum in loco Noræ, nunc *Nora ciuitas.* caput Pulæ dicto, fuit honorificè conditum, ut, ex antiquo Ma. Scri. C. in archiuio Eccleſiæ Cathedralis Piſanæ recondito, conſtat.

4192. Anno 232. S. Calpurnius Pontianus *S. Calpurni' Pontianus Papa.* 19. Romanæ Eccleſiæ Pontifex, inſtigantibus Sacrificulis idolorum fuit, ob fidei confeſſionem, ab Alexandro Mammea Imperatore, Vrbe eiectus, & cum Philippo Presbytero in Sardiniam deportatus, in inſulam ſcilicet Buccinã; ut inquit Dama *Inſula Buccina.* ſus. Is in ea duas ſcripſit epiſtolas, unam de honore, quo Sacerdotes proſequendi ſunt, aliã de fraterna dilectione, & uitandis malis. Fecit ordinationes duas menſe

Decembri, in quibus 6. Epiſcopos, toti- *Anni mūdi*
demq; Presbyteros, & Diaconos 5. creauit,
ut ex Platina, Sabellico, & Damaſo conſtat.

Anno 236. quo fuit ſexta in Chriſtianos 4196.
perſequutio, S. Pontianus Papa fuſtibus
mactatus, martyrium in Sardinia conſum
mauit 13. Kal. Decembris; cuius corpus à
Sardis Chriſtianis decenter conditum per
tres fermè annos Inſulam decorauit, ut ex
ſupra citatis, & ex Maurolitio Abbate, &
Cuſpiano conſtat.

S Antherus Papa in Sardinia monachus.

Vacauit Sedes una die teſte Onuphrio,
& S. Antherus, qui eo tempore, ut inquit
Petrus Recordati, uitam monaſticam in
Sardinia ducebat Pontifex Romanus fuit
ſacratus, eodem Onuphrio referente.

Anno 249. quo Philippus primus Chri- 4209.
ſtianus Imperator regnabat, S. Fabianus
Papa fecit ex Sardinia Romam deportari
Corpus Sancti Pontiani, & in cimiterio Ca
lixti in uia Appia ſepelliri, ut refert Plati-
na, Damaſus, Sabellicus, & Bergomenſis.

S. Proptus, S. Ianuarius

Anno circiter 290. Proptus, & Ianua-
rius Chriſtiani Sardi Turritani Romam
profecti à Beato Caio Papa ordinantur,
Proptus Presbyter, & Ianuarius Diaconus,
& in Sardiniam reuerſi in Turribus fidem
Chriſti

Anni mūdi Chriſti prædicant, ut in eorum hiſtoria, à magiſtro Gribaldo compoſita, conſtat.

4260. Anno circiter 300. Proptus, et Ianuarius in urbe Turritana mira Sanctitate florentes in ſæuiſſima Diocletiani, & Maximiani perſequutione uaria tormenta pro fide Chriſti conſtanter paſſi ſunt; nam à Barbaro Sardiniæ, & Corſicæ Præſide Proptus in Herculis inſulam, Linariam uulgo dictam, deportatus fuit; & Ianuarius iunior blanditijs, & donis tentatus, mox ambo equuleo ſuſpenſi, & ferreis ungulis excarnificati fuere. *Barbarus Sardiniæ Præſes.*

Eodem tempore in Turribus floruit Gauinus Romanus miles, ex præclara Sabelliorum, ut fertur, familia, qui cuſtos Sanctorum à Barbaro relictus, Salutaribus eorũ monitis fidem Chriſti amplexus, liberos abire permiſit, & Sancto Spiritu repletus pro Sanctis cauſam dixit: unde poſtea pro conſtantia catholicæ confeſſionis obtruncatus, ex inuio ſuburbano Turriũ, ubi Sancti latebant, quos magiſtros habuerat primũ, dimiſſos ad coronam uocauit, & cum ſe Sancti Dei obtuliſſent in Portu Balagai, in eodem loco, ubi Beatus Gauinus, gladio occiſi ſunt 8. Kal. Nouembris. *S. Gauinus.* *Portus Balagai*

Patroni Eccleſiæ Metropolitanæ Turritanæ. Hi multis miraculis clari patroni ſunt Eccleſiæ Metropolitanæ Turritanæ, in qua eorum corpora decenter recondita magna totius inſulæ Populorum frequentia coluntur, ut ex antiquo M. S. eiuſdem Eccleſiæ codice, & in hiſtoria ab Antonio Cano, & Saluatore Salepuſio Archiepiſcopis Turritanis conſtat. De Sancto Gauino meminit etiam Sanctus Gregorius in regeſtro: & menſis Octobris, Sancti Gauini menſis, à Sardis appellatur. *October S. Gauini menſis vocatur.*

S. Ephyſius in Sardinia. Anno 303. floruit Ephyſius natione Græcus, ex Christophoro Chriſtiano, & Alexandra coniuge procreatus; qui à Diocletiano Dux contra Chriſtianos miſſus, uoce de cœlo audita ad Chriſtum uocatus conuertitur, & in Sardinia contra montanos Barbaricinos inſulam deuaſtantes proficiſcitur, illoſq; acie inſtructa occurrẽtes, Crucis ſigno munitus, mirabiliter uicit, & profligauit. Inde Calarim abijt, & populum illum tunc idolorum cultorem ad Chriſtum conuertere laborat. Diocletiano quoq;, litteris ad eum miſſis, ueritatem Chriſtianæ fidei prædicat, & ſe eſſe Chriſtianum apertè declarat. Itaq; iuſſu Imperatoris a Iulſio Sardiniæ Præſidæ Sanctus 4263. *Barbaricini Populi Sardiniæ.* *Calaritanorũ conuerſio.* *Iulſius Sardus præſes.*

Anni mũdi

Anni mũdi Sanctus Dei captus, fuſtibus mactatur, ferreiſq; ungulis excarnificatur; & ita in carcerem coniectus à Christo, & Angelis mirabiliter reficitur. Cum poſtea è carcere ad ſacrificandum duceretur, templum, & idola omnia ipſius uerbo in terram conciderunt, & Præſes nimio pauore exterritus insula exceſſit; & prouinciam Flauiano administrandam reliquit. Ab iſto Flauiano Sanctus Dei multa tormenta paſſus eſt: nam prius igni fuit impoſitus, reſina, pice, oleoq; aſperſus in ignitum clibanum magnis flammis exurente miſſus fuit, tandem, cum ab his illæſus diuinitus euaderet, decollatus fuit in loco Noræ, nũc caput Pulæ dicto 18. Kal. Februarij; cuius anima in Cœlum ab Angelis delata, corpus autem miraculis clarum, fuit à Christianis in eo loco, ubi oſſa Beati Potiti conquieſcebant, decentiſſimè conditum; ut ex eius uita, à Marco presbytero deſcripta, in Archiuio Cathedralis Eccleſiæ Piſanæ conſtat.

Flauianus Propræſes Sardiniæ.

Nora.

Eiſdem temporibus Iuuenalis Archiepiſcopus Calaritanus Sanctitate pollebat, & præmente Diocletiani perſequutione in montibus Calaritanis latitabat. Hic poſt Ephyſi paſſionem, populum Calaritanum

S. Iuuenalis Archiepiſcopus Calaritanus.

ad

ad fidem conuerſum baptizans, fuit à *Anni mũdi*
Flauiano captus, & catenis uinctus in carcerem detruſus; ſed Angelus Domini apparuit ei, & de carcere illum extrahens, ad montem excelſum, in locum, qui dicitur,
Caput Paſſeris in Sardinia. Caput Paſſeris, deduxit, & ibi illius regionis accolas Sacrum Euangelium docuit, illiſq; Presbyteros, & Diaconos ordinauit; & poſtea mortuo Flauiano ad urbem Calaris redijt, ut in eadem hiſtoria legitur.

S. Luxorius. Anno 304. Luxorius natione Sardus, & 4264.
Chriſti miles pro ueræ fidei cõfeſſione, iuſ-
M. Delaſius Sard. Præſes. ſu M. Delaſij tũc Sardiniæ Præſidis, fuit fuſtibus grauiter cæſus; & decollatus prope Calarim, in loco frateria appellato, 12. kal. Septembris. Sepultus fuit. . . . . . . ut ex antiquo M. S. C. in Archiuio Eccleſiæ Metropo. Turritanæ recondito, conſtat. De hoc Sancto meminit etiam diuus Gregorius in regeſtro.

S. Ceſellus, S. Camerinus. Eodẽ anno Sanctus Ceſellus, & S. Camerinus impuberes Sardi, pro Chriſti fide iuſſu Delaſij gladio confoſſi sũt prope Calarim: & in loco, ubi poſtea tẽplum B. lucifero confeſſori dedicatũ eſt, Sepulti fuere. . . . . ut ex eodem Supradicto M. S. C. apparet.

Anno

Anni mũdi 4271. Anno 311. premente in Sardinia Chriſtianorum perſequutione ſancta Reſtituta cum duobus filijs Euſebio, & . . . . . caſtitate clara, inſula exceſſit, & Romam abijt, ubi menſe Martij à Papa Euſebio filius pabtizatus fuit, & Euſebij nomine inſignitus; ut tradit Petrus de Natalibus Epiſcopus Equilinus, & in Breuiario Euſebiano conſtat.

S. Reſtituta. *S. Euſebius Sardus baptizatur.*

4277. Anno 314. floruit Quintianus, ſeu Quintus Epiſcopus Calaritanus, qui in ſecũda Arelatenſi Synodo interfuit; & Catonus Epiſcopus Corſicanus, qui in Eliberitina ſtetit Synodo, ut in primo Conciliorũ uolumine conſtat.

Quintianus Epiſcopus Calaritanus. *Catonus Epiſcopus Corſicanus.*

Anno 325. in Synodo uniuerſali prima Nicena 318. Epiſcoporum, cõtra Arij blaſphemias menſe Aprili collecta, preſens fuit Protogenes inſignis uir, qui non erat Epiſcopus Sardicẽſis prouinciæ Daciæ, ut quibuſdã in locis mendosè ſcribitur, ſed erat Epiſcopus Sardiniæ, ut etiã tradit Illeſcas in uita Iulij Primi: nã Eccleſia Sardicẽſis nuncupata nõ reperitur in Datia, ſed ea eſt in Lydia, & illius Epiſcopus qui, etiã in ea adſuit Synodo, Artemidorus appellabatur, ut in primo Conciliorũ tomo conſtat.

Protogones Epiſcopus Sardiniæ in Nicena Synodo.

Anno

S. Euſebius Vrbis Romæ Lector. Anno 331. Beatus Euſebius Sardus fuit à S. Syluestro Papa ordinatus urbis Romæ lector, ut refert Beatus Hieronymus. *Anni mũdi* 4285.

Anno 336. Beatus Euſebius fuit à Beato Marco Papa ob eius ſanctitaté, & doctrinam Præsbyter ordinatus, ut in Breuiario Euſebiano. 4296.

Idem Presbyter creatus.

Idem Euſebius Epiſcopus Vercellen. & totius Occidentis Legatus Apoſtolicus. Anno 343. idem Euſebius fuit Epiſcopus Vercellen. à Iulio Papa ſacratus, & Liguriæ, Galliæ, ac totius Occidentis Legatus Apoſtolicus deſtinatus, ut inde Arianos eliminaret, & populis ueram Chriſti fidem prædicaret; quod effeciſſé teſtantur S. Hieronymus, & Primus Cabilonenſis Epiſcopus in Typographia: nam, ut inquit Nauclerus, is omnes Occidentis prouincias, ſicut Athanaſius Orientis, ſua doctrina ab Ariana peſte purgauit, & Auxentium Mediolanen. Epiſcopum Arianum ab omnibus Chriſtianis expulſum, damnauit, & Sanctũ Dionyſium ibi Epiſcopum ordinauit. 4310.

Anno 347. in magna Sardicenſi Synodo, in cauſa S. Athanaſii congregata, cõuenit Protogenes Epiſcopus Prouinciæ Sardiniæ, ut ex epiſtola eiuſdem Concilij, & ex Theodorito conſtat.

Protogenes Epiſcopus Sardiniæ in Sardicenſi Synodo.

Anno

Anni mũdi 4313. Anno 313. Lucifer Archiepiſcopus Calaritanus doctrina, & eloquentia clarus, à Sancto Liberio Papa Legatus Apoſtolicus creatus, ad Conſtantium Imperatorẽ una cũ Pancratio, & Hilario Romanis clericis miſſus fuit: nam Conſtantius Synodum in Italia congregare, & Athanaſium damnare, Arianiſq; conſubſtantialem eſſe patri filium denegantibus; Occidentales Epiſcopos conſentire cupiebat; ut Platina, Nicephorus, & Hieronymus tradunt.

Lucifer Archiepiſcopus Calaritanus Legatus Apoſtolicus.

4314. Anno ſequenti congregata fuit Synodus aliquorum Orientalium, & trecentorum Occidentalium Epiſcoporum in ciuitate Mediolani, in qua Lucifer, & Euſebius Sardi interfuerunt. Cum autem in ea Cõſtantius, & Orientales Epiſcopi ante omnia peterent Athanaſium per Concilium damnari, & Alexandrina urbe interdici, Synoduſq; in eam adduceretur ſententiam; ſoli iſti duo Sardi, Euſebius, & Lucifer cum Dionyſio Italo, ac Paulino Gallo, dolo deprehenſo aſſurgentes uociferati ſunt; Orientales euertendi Niceni dogmatis cauſa condemnationem Athanaſij urgere, & fraude Chriſtianiſmum circũuenire; neq; uerbis eiuſmodi de Athanaſio

Synodus Mediolanenſis contra Athanaſium.

Nota de Euſebio, & Lucifero.

naſio agi, ſed decretis ritè de Deo olim facτis inſidias tendere. Itaq; illis talia proclamátibus Cócilium ſoluitur, & Conſtantius indignatus Euſebium, & Luciferum, qui tam liberè loquuti fuerunt, perpetuò exilio damnat; ut refert Nicephorus, Sozomenus, Theodoritus, Platina, Volaterranus, & Sulpitius Seuerus.

Lucifer, & Euſebius exilio damnati.

Diuus Ambroſius etiam tradit beatum Dionyſium, qui ex ſimplicitate Arianorũ chyrographo ſubſcripſerat, à S. Euſebio fuiſſe deleto chyrographo liberatũ, Arianoſq; ipſos deluſos, & increpatos: atq; ita S. Euſebium fuiſſe in Orientis plagæ exilium relegatum, prius Scytopolim, deinde in Cappadociam, ut inquit S. Hieronymus.

In eo exilio, ut idem refert Ambroſius, cum Euſebius animo inuictus in fide permaneret, & Arianorum perfidiæ communicare omnino denegaret, graui uexatur ſupplicio: nam ſæpe per ſcalarum gradus ſupinis pedibus ad imum uſq; trahitur, & iterum ad ſummum reuocatur, ac illiſo capite, toto corpore quaſſatur; multo deinde effuſo ſanguine, in cauea, negato potu, & cibo ſeptem diebus recluditur, & tandem

S. Euſebij martyrium.

Anni mũdi dem in arcto poſitus loco, ubi ſe mouere non poterat Angelica uiſione, ut inquit Nauclerus, reficitur.

Hic in exilio ſcripſit Epiſtolam unam ad Presbyteros, & plebes quaſdam Italiæ, qua de ſtatu ſuo, & uita illos commonefacit: habetur in codice antiquo Mediolani typis excuſo, & in Lib. Aloyſij Lypomani de uitis Sãctorum diligentia Laurentij Surij impreſſ. Epiſtola S. Euſebij.

Scripſit etiam in exilio Lucifer Calaritanus librum contra Conſtantium Imperatorem, eiq; legendum, teſte Hieronymo, & Platina, miſit. Liber B. Luciferi.

Hic liber nunc Pariſijs excuſus ad manus meas peruenit in ſex diuiſus libellos, in quorum duobus primis pro S. Athanaſio contra Conſtantium Imperatorem cauſam dixit. In 3. de Apoſtaticis Regibus tractans, illis omnibus Conſtantem comparat. In 4. de non conueniendo cum hæreticis ſcribit; & demonſtrat quare cum Arianis, & Conſtante conuenire, & communicare non debebant. In 5. de non parcendo in hoc delinquentibus, Conſtanti non eſſe parcendum docet. Et in ultimo inſinuat in ea Conſtãtis perſequu-

tione potius moriendũ eſſe pro Dei filio, quàm Conſtanti ipſi, atq; Arianis conſentiendum; atq; ita ſumma cum eloquentia, & fidei conſtantia, animoq; ad martyrium præparato ipſum Imperatorem Conſtantem reprehendit, atq; eum ſerpentem, belluam, immaniſsimã feram, latronem, ſacrilegum, homicidam, carnificem, templum dæmonum, religionis euerſorem, idololatram, hæreticum, apoſtatam, & Antichriſtum appellat, ut in eiuſdẽ opuſculis latius apparet. *Anni mũdi*

B. Luciferi animus ad martyrium præparatus.

Anno 359. Synodus Ariminenſis legatos ad Conſtantium miſit, eum rogantes, ut Luciferum, & Euſebium, alioſq; exules reuocaret, rediréq; ad ſuos iuberet, ut Nicephorus, & Theodoritus tradunt, quod nullo modo Conſtantius cõcedere uoluit.

Anno tamen 362. mortuo Conſtantio 4322.
Iulianus apoſtata, qui Imperator ſucceſſit exulum reditum permiſit. Itaq; Euſebius, & Lucifer Epiſcopi Sardi in Orientẽ Thebis ſuperiorib. peruenere, & ibi tractarũt, quemadmodum corruptam Eccleſiarum regulam repararent; placuit, ut Lucifer Antiochiam, & Euſebius Alexandriam iret. Lucifer cum Euſebio Diaconum miſit

Euſebius, & Lucifer exilio reuocati.

Anni mūdi ſit per quem profeſſus eſt, ſe ratum habiturum, quod eſſet Concilio ordinante conſtitutum, uenit deinde Antiochiam, & Eccleſiam illam fluctuantem inuenit ob ſequaces Euzoij Ariani, & Miletij, qui in exilio uiuebat: quare accitis duobus alijs confeſſoribus creauit Epiſcopum Antiochiæ Paulinum, Euſtachij Epiſcopi preſbyterum, qui ſe nunquam hæreticorum communione polluerat, & inde diſceſſit, ut refert S. Hieronymus, Socrates, & Nicephorus.

Paulinus à Lucifero ſacratus Epiſcopus Antiochiæ.

Euſebius autem Alexandriam conceſſit, & cum Athanaſio Concilium celebrauit; & inde Antiochiam profectus, alios Paulinum, alios Miletium ſequentes, & inter ſe diuiſos inuenit: unde cum neutra parte communicauit, Pauliniq; ordinationem minimè probauit; ſed propter Luciferi reuerentiam habito ſilentio Antiochia diſceſſit, & ad Eccleſiam ſuam reuerſus eſt.

Hic in Pſalterium cōmentarios ædidit, quos de cōmentarijs Euſebij Cæſarienſis Epiſcopi in Latinum à ſe cōuerſis collegit, prætermiſſis multis, quæ ad Arianam hære ſim inclinare uidebātur, ut Beatus Hieronymus, & Volaterranus referunt.

S. Euſebius in Pſalterium cōmentarios ædidit.

Hoc

In Occidente Anachoreticam vitam inſtituit. Hoc etiam tempore S. Euſebius Sardus *Anni mūdi* monachorum Orientalium exemplo, per Occidentem Anachoreticam uitam, teſte Diuo Ambroſio, & Petro Recordati, inſtituit, quæ poſtea in Sardinia fœliciter increuit. *Nicolaus Anachoreta. Tranus Anachoreta.* Nam in Gallurenſi prouincia Nicolaus, & Tranus Anachoritæ ſanctitate inſignes, cum multis alijs floruere, & nomen *Locus ſanctus in Gallura.* loco ſancto dedere; in cuius ſyluis procul ab omni hominum cætu precibus, ieiunijs, & uigilijs duriter uictitando mortem obiere. Eorum corpora magna cum omnium Sardorum frequentia decenter coluntur in Eccleſijs, quæ poſtea in eorum honorem fuerunt eodem in loco conſtructæ, ut ex antiquo eiuſdem loci Codice, à Ludouico Epiſcopo Ciuitatenſi approbato, conſtat.

Lucifer indignatur. Lucifer ubi electionē Paulini Euſebio diſplicere intellexit, perinde atq; iniuria affectus eſſet, ſuccenſuit; & cum Euſebio communicare amplius noluit: decreta ēt Synodi Alexandrinæ per calumniam reijcere inſtituit. Sed quia confeſſionibus ſuis reperiebatur obſtrictus, dum per ſuum Diaconum ratum ſe habiturū promiſerat, quod à Concilio diffinitum eſſet, Eccleſiæ fidem

Anni mũdi fidem retinuit, ſimultatemq; remiſit, & in Sardiniam ad proprium tronũ remeauit. Illi tamen, qui cum eo contriſtati, & Luciferiani appellati fuerunt, ſecta conſtituta Eccleſiam Dei longo tempore oppugnarunt, ut Socrates,& Nicephorus referunt. Contra eos ſcribit. S. Hieronymus.

Iſidorus tamen, Gratianus, Nauclerus, & alij plures aſſerunt hos Luciferianos à à Lucifero Smyrnæ Epiſcopo ſectam, & nomen habuiſſe, non autem à Lucifero Calaritano. *Luciferiani hæretici à Lucifero Smyrnæ Epiſcopo dicti*

4324. Anno 364. S. Athanaſius de coëpiſcoporum ſuorum ſententia, ad Iouianum Imperatorem de ſynceriore fidei profeſſione ſcripſit, & teſtatus eſt eam catholicam, orthodoxamq; fidem fuiſſe in omnibus Sardiniæ Eccleſijs comprobatam, ut Theodoretus, & Nicephorus ſcribunt. *Sardinia Catholica.*

Anno 369. Magnus Baſilius Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus ſanctitate inſignis, ut tradit S. Hieronymus, & Pannuinus, obijt, & eius caput in Sardiniam delatum auro, argentoq; clauſum in urbe Oriſtani Sardi uenerantur. *S. Baſilij caput in Oriſta ni urbe.*

Anno circiter 371. Valentiniano, & Valente Imp. S. Euſebius Sardus inſignis Vercellenſis

Obitus S. Euſebij. cellenſis Eccleſiæ Præſul, ab Arianis domo ſupinus extractus, & lapidibus obrutus Kalen. Auguſti miraculis clarus deceſſit; & in Eccleſia Vercellen. quam ipſe cõſtruxerat magna cum ueneratione ſepultus eſt, ut refert S. Hieronymus, Volaterranus, & Petrus de Natalibus. *Eius laudes.* Eius encomium Diuus Ambroſius duobus ſermonibus conſcripſit, & de eo Beatus Maximus Epiſcopus Taurinen. duos tractatus compoſuit, & Vercellenſis Eccleſia hymnum canit.

Gaude prole Sardiniæ,
Laudet mater Eccleſia,
Vercellis, & Italia,
Glorientur præſentia &c.

Venerantur in Turribus. Vt in Breuiario Euſebiano. Venerantur etiam eum in Vrbe Turritana, & Saſſaren. in eiuſdem ſancti antiqua Eccleſia magno cum populi concurſu.

Beatus Satyrus in Sardinia. Anno circiter 380. Beatus Satyrus S. Ambroſij frater, in portum Calaritanum facto naufragio euectus, Eccleſiam Calaritanam, cui Lucifer præerat, in ſchiſmate inuenit: quare ſtatim ex inſula diſceſſit, teſte Diuo Ambroſio in oratione funebri de exceſſu fratris, & refert Gratianus.

Anno 390. Imperãte Valentiniano Lucifer

Anni mũdi cifer Epiſcopus Calaritanus obijt, teſte Platina, & Hieronymo. Sepultus fuit prope Eccleſiam Calaritanam, & ſub illius inuocatione templum conſtructum, ut in uita S. Luxorij legitur. Hic enim à ſuis cótemporaneis, proximæq; ætatis hominibus clarus habitus eſt, ac ſanctus: & poſtquam è uita exceſſit beatus fuit appellatus, ut Io. Tilus Epiſcopus Meldenſis in Epiſtola ad Pium 5. teſtatur: quare in Catalogo Sanctorum à Petro de Natalibus Epiſcopo Equilino, & quibuſdam alijs collocatur: & inter uiros Illuſtres à Beato Hieronymo numeratur, qui ēt illum beatũ appellat.

Obitus Luciferi.

Sanctus eſt habitus.

Diuus etiam Ambroſius, & Hilarius illum ſummo in honore habuere, & à Sancto Athanaſio homo Dei, famulus Chriſti, particeps Apoſtolorum, ſolatium fraternitatis, & magiſter ueritatis nominatur in Epiſtola, quá in exilio, ad eum ſcripſit. Eccleſia quoq; Vercellenſis illi preces effundere uidetur dum canit hymnum dicentem.

A multis laudatur.

Tunc paulatim comites
Vi rapuerunt præſules
Euſebium, Dionyſium,
Cum eis & Luciferum.

M *Hos*

Anni mūdi

Nota Eccleſiam Vercellenſem orātem Luciferum.

Hos deprecamur ſedule
Chriſti captos pro nomine,
Sacris hymnorum meritis,
Cœli fruamur gaudijs.

Vt in Breuiario Euſebiano, quo Eccleſia Vercellenſis utitur, conſtat.

S. Sampſutius Archiepiſcopus Turrenſis.

Anno 410. S. Sampſutius Archiepiſcopus Turrenſis floruit; hunc Beatus Auguſtinus uirum fidelem in ſuis epiſtolis appellat. 4348.

Duo Capita quarundam ex undecim milliū Virginū numero.

Anno 453. 12. kalen. Nouembris undecim millia Virginum apud Coloniam Agrippinam martyrio coronantur: & duo eorum capita Saſſarim poſtmodum tranſlata in Eccleſijs Sanctæ Mariæ in Bethleē, & Ieſu Mariæ maxima in ueneratione habentur.

S. Hilarius Papa Sardus.

Anno 461. Sanctus Hilarus, Hilarius dictus, Criſpini filius, Sardus, uir ſanctitate, pietate, & doctrina clarus, ex Diacono creatus eſt Summus Pontifex 13. Kalend. Maij, & in Petri Cathedra ſedit annos 6. menſes 3. dies 10. Quo tempore tres Synodos Nicenam, Epheſinam, & Calcedonenſem, ac etiam Tomū S. Leonis Papæ approbauit. Eutychem, Neſtorium, & Dioſcorum hæreticos cum ſectatoribus ſuis damnauit. Præterea conſtituit ne Pontifices dein- 4421.

Anni mũdi deinceps ſucceſſores ſibi deligerent; quæ inſtitutio ad omnes Eccleſiaſticos gradus pertinet. Ordinauit etiam pœnitentes, uel inſcios literarum, aut aliqua membrorum damna perpeſſos ad ſacros ordines aſpirare non debere. Pontificij Iuris decreta in unum contulit, & per uniuerſum orbem publicauit, & de fide Catholica epiſtolas conſcripſit. Ordinationes tres menſe decembri in Vrbe fecit, quibus Epiſcopos paſſim 22. & in Eccl. Rom. quinque, & uiginti Presbyteros, & quinque Diaconos creauit. Tria inſuper ædificauit Oratoria in Baptiſterio Conſtantinianæ baſilicæ Vrbis, diſtinxitq; auro, & præcioſis lapidibus, ac Sanctis Ioanni Baptiſtæ, Ioanni Euangeliſtæ, & Sanctæ Cruci ſacrauit. Eorum ianuæ erant argẽto cælato clauſæ, quæ adhuc in Oratorio Sãcti Ioannis Baptiſtæ uiſuntur. In Oratorio autem Sanctæ Crucis poſuit lignum Crucis auro clauſum, & ornatum gemmis. Stabat & eo loci Agnus aureus duarum librarum in columnis onychinis. Ante Oratorium erant columnæ miræ magnitudinis; quæ dicuntur hecaton. In fonte Ioannis erat lucerna aurea librarum decem, cerui argentei tres, *Hilarij monumenta.*

 octogin-

octoginta librarum, aquam fundentes: columba aurea duarum librarum. Addidit & Oratorium ſancti Stephani baptiſterio Lateranen. Duas quoq; bibliothecas apud eundem locum ædificauit. Ad Luná monaſterium ſtruxit, & ad S. Laurentium balneum. Monaſterium, & baſilicam S. martyris Babienæ ædificauit. Dona templis obtulit, quæ prope infinita fuere ex auro, argento, marmoribus, & gemmis, ut ex Platina, libro Pontificali, & Martino Polono conſtat. Vbi autem Hilarus ea peregit, quæ ad optimum Pōtificem pertinebant, tum in extruendis templis, ornandiſque, tum etiam docendo, admonendo, caſtigando, elemoſynaſq;, ubi erat opus, præbendo, moritur 5. Kalen. Auguſti, & ſepultus eſt, ut inquit Platina, in crypta S. Laurentij, ad corpus beati Sixti; uel, ut tradit Martinus Polonus, in baſilica Sanctæ Babienæ cum quatuor millibus, & ducentis ſexaginta duobus Sanctorum corporibus, exceptis paruulis, & mulieribus. *Anni mūdi*

Horum etiam Imperatorum temporibus floruerunt in Sardinia alij inſignes uiri: nam C. Iulij Cæſaris tempore claruit

Phamea Sardus. Phamea, uir Sardus, ipſius Cæſaris familiaris,

Anni mūdi ris, & amicus Cælij, M. Fabii Galli, Q. Pomponii Attici, & M. Tulij Ciceronis; qui cum in petitione Conſulatus eius fauore uti ſperaret, pro eo quandam cauſam contra pueros Octauianos ſuſceperat: ſed cum die conſtituto Cicero deeſſet ex amico habuit Phameam inimicum, & inofficioſum, ut ex eiuſdem Ciceronis epiſtolis conſtat.

Floruit etiam eo tempore M. Tygellius Hermogenes Sardus, inſignis muſicus, qui dulciter cantabat, & iocabatur urbanè. Hic fuit amicus, & familiaris C. Iulij Cæſaris, & Cleopatræ; ac etiam Octauiani Auguſti: duos tamen præcipuos habuit inimicos M. T. Ciceronem, quòd eſſet nepos ſupra dicti Phameæ, & Q. Horatium Flaccum quòd quædam illius carmina parùm ſcitè modulata fuiſſe notaſſet, ut referunt Acron, & Porphyrion; ob id Cicero in Epiſtolis contra eum ſcripſit, & Horatius Satyricè hæc cecinit.

M. Tygellius Hermogenes Sardus muſicus.

Omnibus hoc vitium eſt cantoribus inter amicos,
Vt nunquam inducant animum cantare rogati,
Iniuſſi nunquam deſiſtant; Sardus habebat
Ille Tygellius hoc Cæſar, qui cogere poſſet
Si peteret per amicitiam patris, atq; ſuam non
Quicquam proficeret: ſi collibuiſſet ab ouo
Vſque ad mala citaret, Io Bacchæ modo ſumma

Horatius de Tygellio Satyra 3. lib. 1. ſermo. & eiuſdem meminit Saty. 10. in calce.

Voce

Voce modo hac reſonans, quæ cordis quatuor ima — *Anni mũdi*
Nil æquale homini fuit illi: Sæpe velut, qui
Currebat fugiens hoſtem, perſæpe velut, qui
Iunonis ſacra ferret, habebat ſæpe ducentos,
Sæpe decem ſeruos, modo reges, atq; tetrarchas,
Omnia magna loquens modo ſit mihi menſa tripes, &
Concha ſalis puri, & toga, quæ defendere frigus
Quamuis craſſa queat. decies centena dediſſes
Huic parco paucis contento, quinq; diebus
Nil erat in loculis, noctes vigilabat ad ipſum
Mane, diem totum ſtertebat, nil fuit vnquam
Sic impar ſibi. . . . .

De eo etiam præcedentẽ Satyram ſcripſit, carpens eum eſſe largitorem adeo, ut omnibus muſicis, & circulatoribus multa donaret.

Anicetus muſicus in Sardinia. Anicetus quoq; Alexandrinus per Tibias canere doctus, à Nerone ueluti adulterij reus fuit Vrbe eiectus, & in Sardinia non inops, ut inquit Cornelius Tacitus, & Suetonius Tranquillus, diutius uixit.

Caſſius Iuriſconſultus in Sardinia. C. Caſſius Longinus maximæ authoritatis uir, & Iuriſconſultus inſignis ab Vrbe Roma eodem tempore pulſus, in Sardinia uſq; ad tempora Veſpaſiani uixit, teſte Bernardo Rutilio, Tacito, Suetonio, & Pomponio Iuriſconſulto, qui circa tempus emendandus uidetur in [illegible]. 2. ff. de orig. Iuris. §. Huic successit Caius etc. —

Conſtantianus etiam ſtrator inſignis, ad

Anni mūdi ad equos militares probandos à Valentiniano miſſus, Sardiniam hoc tempore uenit, & in eą obijt, Ammiano Marcellino teſte.

VANDALORVM REGES.

ROMANI, qui uſq; ad Valentiniani tempora multorum labore, & uirtute Sardiniam, & alias quamplures prouincias obtinuerant, eas deinde paucorum ignauia, & ſocordia amiſerunt. Nam Valentiniano occiſo, alij alias prouincias inuaſerunt; Alani autem, & Vandali Africam duce Genſerico occuparunt, anno humanæ ſalutis 427. ut tradit Onuphrius, Proſper, & Guſpianus.

Hi Africæ occupatione non contenti, piraticam in mari exercentes Sardiniam, & cæteras Mediterranei maris inſulas latrocinijs, & prædis diu uexarunt, ut Paulus Diaconus, & Onuphrius referunt. *Vandali Sardiniam latrocinantes uexant.*

4416. Anno poſtea 466. Sardiniam inuaſerunt, & à Romanorum Imperio eripere conati ſunt; ſed ipſi Marcelliani Aetij filij opera, & auxilio, qui magna nauiũ claſſe, *Vand. Sard. inuadentes reiecti.*

ut

ut inquit Guſpianus, à Leone Orienta- *Anni mũdi*
li Imperatore fuit ad Sardiniam defendendam miſſus, à Sardis reiecti fuere, teſte Procopio.

Maruellus Eſtenſis Vicentiæ dominus.

Cum Marcelliano in Sardiniam uenerat Maruellus Aetius Eſtenſis, Vicentiæ dominus, & in ea diutius moratus, nulla ſuperſtite prole obijt, teſte Io. Baptiſta Pigna.

Vand Sardiniam occupant.

Anno tamen circiter 471. inſulam lon 4422.
go bello afflictam, Romaniſq; præſidijs deſtitutam, Vandali de nouo adorti, facilè ſubegerunt, ut Victor Vticenſis, & Franciſcus Balduinus referunt.

Itaq; Vandali Reges in ea per annos 60. uſq; ad Iuſtiniani Imperatoris tẽpora hac ſerie regnarunt, ut ex Procopio, Zonara, & Bergomenſe conſtat.

Vandali Reges in Sardinia.

Anno igitur 471. Genſericus ſecundus 4422.
Rex Vandalorum, primus obtinuit Sardiniam, & regnauit in ea annos 2. menſes 3. & obijt anno 37. quo, poſt captam Carthaginem, in Africa regnare cœperat.

Anno 473. Hunericus Genſerici filius 4433.
ſenior, tertius Vandalorum Rex, Sardiniam obtinuit, & in ea regnauit annos 8. & obijt.

Anno

Anni mūdi 4441. Anno 481. Gundamundus Genſonis filius, quartus Vandalorū Rex Sardiniam obtinuit, & in ea regnauit annos 12: & obijt.

4453. Anno 493. Tranſmundus Hunerici filius, quintus Vandalorum Rex Sardiniam adeptus in ea regnauit annos 27: & obijt.

4480. Anno 520. Hildericus Tranſmundi filius, ſextus Vandalorum Rex Sardiniam nactus, in ea regnauit annos circiter 7: & à Gelimere Regnis ſpoliatur.

4487. Anno 527. Gelimer Genzonis filius, per tyrannidem Vandalorum regnum, & Sardiniam ſibi occupauit, & cum in Sardinia annum circiter unum regnaſſet à Goda, quem ad cuſtodiendam, regendamq; inſulam miſerat, per defectionem fuit Regno priuatus, teſte Procopio.

4488. Anno 528. Goda uir genere Gottus, qui pro Gelimere Sardiniam cuſtodiebat, ſciens Iuſtinianum Imperatorem contra Gelimerem arma mouiſſe, & Africam debellare ſtatuiſſe, protinus in tyrannidem inclinatus inſulæ tributum Gelimeri mittere deſtitit, & regnum Sardiniæ per defectionem occupauit, Regiſq; nomen ſumpſit, & ſatellites plurimos circa ſe poſuit, *Goda Gottus Sardiniæ tyrannus.*

N auxi-

auxilium à Iuſtiniano petijt, qui per Eulo- *Anni mũdi*
gium legatum exercitum, & duces polli-
cetur, atq; ita inſulam per annum unum,
& menſes 1 0. retinuit, & à Zazone Gelime-
ris fratre uitâ, & Regno priuatus fuit; ut
ſcribit Procopius.

Zazon Sardiniam occupat. Anno 5 3 0. Zazon, qui à Gelimere fra- 4490.
tre, cum quinque Vandalorum millibus,
& 1 2 0. nauibus, in Sardiniam fuit miſſus,
in Herculis portum inuectus Calarim re-
Godæ mors. pente cepit, & Godam tyrannum, & quic-
quid cum eo inexpugnabile uidebatur ſu-
ſtulit, ac inſulam Gelimeri reſtituit, eo-
dem Procopio referente.

Eodem tempore Iuſtinianus Imperator
Cyrillus Iuſtiniani Dux. milites quadringentos duce Cyrillo in Sar-
diniam, ut illam Godæ cuſtodiret, & reli-
quum omnem exercitum in Africam nihil
hoſtile metuentẽ duce Beliſario, miſerat.
Cyrillus ea, quæ Godæ acciderant propè
inſulam accepit; & ideò mutato conſilio
in Africam nauigauit, in qua Beliſarius
Gelimeris exercitum uicerat, & Carthagi-
nem ceperat: unde Gelimer inſcius eorũ,
quæ in Sardinia acciderant, ita fratri Zazo-
ni ſcripſit.

Exiſti-

EXiſtimo profectò non Godam in Sardinia à nobis deficientem, ſed quoddam Vandalorum hoc tempore fatum, teq; ac cæteros fortiſſimos mihi ſurripuiſſe, ex quo contigerit omnes Gigerici opes, ac bona ſimul corruiſſe; non enim ut inſulam nobis ſeruares à Goda hinc abijſti, ſed ut Africæ totius Iuſtinianus potiretur. Nam quod fortuna prius ſibi uoluit, nũc licet ex euentis iudicare. Beliſarius igitur paruo admodum exercitu contra nos uenit, uirtus autem ſolita Vandalorum omninò deficiens unà ſecum fortunã etiam abſtulit. Amatus enim, & Gibamundus ob noſtrorum ignauiam, & molliciem perierunt; inſuper equi, & naualia. Omnis deniq; Africa cum ipſa Carthagine ab hoſtibus tenetur, quibus nunc quieſcere licet pro labore, ac uirtute bellica, filios, ac uxores, omnes deniq; opes noſtras poſſidentibus; nobis tantũm Bulæ campus relictus, ubi ſi qua reliqua ſpes, nos, uoſq; defendat ac muniat. Quapropter tyrannidem, ac Sar-

Gelimeris literæ.

Gelimer ob Sardiniam amiſit Africam.

diniam, omnemq; circa iſta loca curam deſerens, ad nos cum omni claſſe protinus aduola: nam quibus de rei ſumma periculum imminet, ſtultum eſt alia curare. Simul enim in futurum pugnares contra hoſtes, uel fortunam priſtinam recuperabimus, uel hoc ſaltem lucrifaciemus, quòd ſimul etiam ferre caſus, quos nobis Deus inflixerit, aſſueſcemus. *Anni mũdi*

Zazonis literarum ſumma. Zazon etiam ignarus eorum, quæ in Africa contigerant, eodem tempore Gelimeri literas miſit, nuncians Godam tyrannum ſuis manibus perijſſe, & inſulam iterum regno reſtituiſſe; & propterea uictoriæ feſtum, celebritatemq; ageret; exiſtimaretq; reliquos hoſtes, qui Africam inuadere ſunt auſi, eundem fortunæ exitum breuiter habituros. Quæ literæ à Beliſario interceptæ fuere; literæ autem Gelimeris tutè ad manus Zazonis peruenerunt.

Zazonis diſceſſus. Is ſtatim in luctus, & lamentationes cõuerſus, relicto in Sardinia præſidio cum omni claſſe in Africã properauit; & cum Gelimere, & illius exercitu in Bulæ campo ſe coniunxit, & inde Carthaginem uerſus proceſ-

Anni mūdi proceſſus cum exercitu Beliſarij pugnat, ac in ea Beliſarius fortiſſimos, atq; optimos plures, ac etiam ipſum Zazonem cædit, reliquoſq; expugnat. Gelimerē quoq; duce Fara in monte Papua capit: & Zazonis capite in Sardinia oſtenſo, Fara, & Cyrillus facilè inſulam Iuſtiniano Imperatori acquiſiuerunt, ut ex Procopio, & Paulo Diacono conſtat.

Fara Dux exercitus Iuſtiniani Gelimerem capit.

His Vandalorum temporibus fuit magna Catholicorum perſequutio in Africa, & Sardinia.

4434. Anno enim circiter 474. Hunericus Rex Ariana hæreſi maculatus, omnes milites Catholicos militia ſoluit, & domibus illorum dirutis, & ſubſtantijs confiſcatis in inſulas Sardiniæ, & Siciliæ eos relegauit Trecētos quoq; Epiſcopos tota Africa exterminauit, qui in Sardiniam uenientes inſulam doctrina, & ſanctitate clariorem annis ſeptem, quibus in ea ſteterunt, reddidere; teſte Sabellico, Martino Polono, & Matthæo Palmerio.

300. Epiſcopi in Sardinia.

4441. Anno autē 481. quo Hunericus obijt, Guttamundus illius ſucceſſor, uir quidem Catholicus, & deuotus ex Sardinia omnes Africæ Epiſcopos reuocauit, ſedeſq; illis

illis reſtituit, teſte Bergomenſe. *Anni mũdi*

Anno tamen 493. quo Guttamundus 4453.
obijt; Tranſmundus Ariana hæreſi infectus Catholicis Eccleſias clauſit, & ex Africa centum, & uiginti Epiſcopos, ut inquit Platina, & Sabellicus, uel, ut uult Paulus Diaconus, & Iordanus de Saxonia, ducentos, & uiginti Epiſcopos eiecit, qui in Sardiniam eiſdem referentibus uenerunt, & inſulam uiginti octo annis, quibus in ea ſteterunt doctrina, & ſanctitate clariorem reddiderunt: docebant enim, & prædicabant omnibus in locis fidem Catholicam; ac etiam ad partes ultramarinas de quamplurimis fidei quæſtionibus interrogati, literas canonicas traſmittebant, ut in uita beati Fulgentij, à diſcipulo eius ad Felicianum ſcripta, conſtat.

220. Epiſcopi in Sardinia 28. annis ſteterũt.

Cum his Africæ Epiſcopis uenit etiam in Sardiniam Sanctus fulgentius doctiſſimus, & eloquentiſſimus Ruſpenſis Eccleſiæ Epiſcopus, & ſacrum Diui Auguſtini Corpus, eiuſq; Mitrã, & Baculum, aliaſq; multas ſanctorũ reliquias ex Africa, Vandalica perſequutione prophanata, in eam inſulam tranſtulit. Ibi corpus illud ſanctiſſimum à Sardis ſimul cum clero obuiã undiq;

S. Fulgẽtius in Sardinia.

S. Auguſtini corpus in Sardinia delatum, cum multis alijs reliquijs.

Anni mũdi undique confluentibus inenarrabili lætitia, & reuerentia fuit exceptum, & in urbe Calaris decenter collocatum in Eccleſia ſub illius nomine conſtructa, ut ex Beda, Iordano de Saxonia, Hieronymo Romano, & Bergomenſe conſtat, & in commentarijs rerum ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Anguſtini, ac illorum horis canonicis traditur.

Eo tempore quidam uir cæcus, qui deuotè Eccleſiam illam uiſitauit, & corpus ſanctiſſimum reuerenter oſculatus fuit, uiſum mirabiliter recepit. Et quidam Doctor nobilis qui de corpore Sãcti Doctoris dubitabat, tanti miraculi magnitudine motus, ſuam incredulitatem publicè confeſſus pœnitentiam egit, & deinceps maiorem deuotionem erga ſanctũ corpus geſſit, ut refert Hieronymus Romanus. *Corpus S. Auguſtini miraculis clarum in Sard.*

Populi etiam Sardiniæ Deo gratias agẽtes, quod tantus Doctor dignatus fuerit inſulam ſuo corpore decorare, & miraculis illuſtrare, in Patronum Sardiniæ hunc Sanctum elegerunt, & illius natalis, & trãslationis ad Sardiniam feſtiuitates quotannis ſolemniter celebrarunt, ut inquit Iordanus de Saxonia. *S. Auguſtinus Patronus Sardiniæ.*

Per

Conuentus fratrum Eremitarum S. Auguſtini in Sard. conditi.

Anni mūdi

Per hæc quoque tempora conuentus ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini cœperunt in Sardinia eſſe. Nam Diuus Fulgentius ſtatim ubi Calarim peruenit cum monachis, & clericis, atq; Illuſtri, & Ianuario Coëpiſcopis eius, ſimilitudinem cuiuſdam magni monaſterij in parua domo effecit, in qua communem habebant menſam, commune cellarium, communem orationem ſimul, & lectionem; nullus ſe ſuper alterum inſolenter efferebat, nec proprijs fratribus amplius, aut peculiarius conſulebat. Monachi tamen, qui beatum Fulgentium ſequebantur, diſtrictioris abſtinentiæ regulam cuſtodientes, nihil omnino proprium poſſidebant, nec inter alios clericos, clericorum more uiuebant. In ea demum pacis, & conſolationis remedium afflicti, & diſcordes inueniebant: lectiones, diſputationeſq; populus ſumma cum ſpirituali lætitia audiebat.

Monaſteriū iuxta Baſilicam S. Saturnini à S. Fulgentio in Sardinia conditum.

Paucis poſtea elapſis annis monaſterium, iuxta Baſilicam Sancti Martyris Saturnini procul à ſtrepitu ciuitatis fabricauit, & relicta priori domo, congregatiſq; quadraginta, & amplius fratribus diſciplinæ cœnobialis ordinem in eo conſeruauit illæſum,

Anni mūdi illæſum, nemini dans licentiam profeſſionis ſanctæ regulam præterire: ſed principaliter hoc obſeruādum monachis tradidit, ut nullus eorum, quicquā ſibi proprium uendicaret, ſed omnibus omnia communia eſſe uoluit, ut in præfata eiuſdem Sācti Fulgentij uita conſtat. Celebres alij conuentus deinde in Sardinia fuerunt conditi, in quibus uiri dignitate, eruditione, & pietate clari floruerunt. Sanctus Fulgentius autem quod reliquum uitæ tempus habuit in monaſterio Sancti Saturnini, teſte Bergomenſe, conſumpſit, & ut, inquit Illeſcas, in Sardinia libros multos compoſuit; e quibus hi præcipui ſunt, uidelicet, ad Euthymium de remiſſione peccatorum lib. 2. Ad Petrū de fide lib. 1. Ad Donatum de fide lib. 1. Ad Monimum de duplici prædeſtinatione, & quibuſdam alijs quæſtionibus lib. 3. Contra obiectiones Arianorum lib. 1. Ad Traſimundum Regem de myſterio mediatoris Chriſti lib. 1. De immenſitate diuinitatis filij Dei lib. 1. De Sacramento Dominicæ Paſſionis lib. 1. Ad quæſtiones Ferrandi Diaconi lib. 1. Setē quoq; epiſtolas familiares ſcripſit. Primam de coniugali debito, & uoto conti-

Lib. S. Fulgentij in Sardinia ſcripti.

nentia. 2. ad Gallam de conſolatione, & ſtatu uiduali. 3. ad Probam de uirginitate, & humilitate. 4. ad eandem de oratione. 5. ad Eugyppium de charitate habenda. 6. ad Theodorum Senatorem de conuerſione a ſæculo. 7. ad Venantiã de pœnitentia, & futura retributione. Orationes etiã plures elegantes quidem, & graues habuit, ut conſtat ex Platina, Iſidoro, Sabellico, Bergomenſe, & eiuſdem Sancti uita ab eius diſcipulo ſcripta; qui tamen non omnia in Sardinia ſcripſiſſe, nec in ea obijſſe aſſerit. Hæc opera nunc Antuerpiæ impreſſa ad manus peruenerunt meas. *Anni mũdi*

S. Brumaſius Calaritanus Epiſcopus.

Hac tempeſtate floruit in Sardinia Sanctus Brumaſius Calaritanæ Ciuitatis Antiſtes uenerabilis, & Felicianus, qui poſtea in Ruſpenſi Epiſcopatu S. Fulgentio ſucceſſit, ut in illius uita, ab eius diſcipulo ſcripta, dicitur.

S. Cœlius Symmachus Papa Sardus.

Floruit etiam per hæc tempora Sanctus Cœlius Symmachus Sardus, Fortunati filius. Is anno 498. mortuo Anaſtaſio ſecundo, creatus eſt Pontifex 10. Kal. Decembris, ſeditq; in Cathedra Petri annos 15. menſes 7. dies 28. Fuit autẽ hæc Symmachi electio tumultuoſa, & cum ordinum 4458.

magna

Anni mūdi magna diſcordia: nam dum una pars Cleri Symmachū apud Conſtantinianā Baſilicam Pontificem decreuit, altera pars Cleri apud Beatæ Mariæ Baſilicam, quæ in uia noua eſt, Laurētium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem, in locū demortui Anaſtaſij ſuffecit; traxit hæc initiatorum diſcordia continuò ciuitatem in diuerſa ſtudia, eſtq; non inter ciues ſolùm, ſed inter ordines etiam opibus, & auctoritate certatum, cum Senatus in hunc propenſior eſſet, ignobilis multitudo in illum: quare omnium conſenſu Concilium Rauennæ indicitur, ut res coram Theodorico ex æquo, & bono diſcuteretur. Fuit ſtatutum eum comprobandum eſſe, qui priori loco deſignatus eſſet, uel ſaltem cui plures ſuffragarētur. Itaq; Symmachus, in quo hæ conditiones fuerunt compertæ in ſede Apoſtolica fuit confirmatus. Hic anno ſequenti magna clementia uſus, tantùm abfuit, ut Laurentium, quem tam infeſtum habuit, aliquo afficeret incommodo; ut Nuceriorum Antiſtitem creauerit.

Laurentius ſchiſmaticus

Symmachi clementia.

4462. Quadriennio poſt clerici quidam ſeditionibus gaudentes, adiuuantibus Feſto, & Probino Senatorij ordinis uiris, Lauren

tium reuocant, qua ex re indignatus Theo- *Anni mūdi*
doricus Imperator, ut diſcordia hæc e me-
Petrus Altini Epiſcop⁹ dio tolleretur Petrum Altini Epiſcopum
Romam mittit, qui Symmacho, & Lau-
rentio pulſis, ſedem Pontifex teneret. 4463.

Synodus approbat Symmachum. Cæterùm anno ſequenti Symmachus, habita centum & quindecim, uel 230. ut alij uolunt, Epiſcoporum Synodo, cauſam tam conſtanter, & accuratè dixit, ut omnium ſuffragijs ſint Laurentius, & Petrus Altinas relegati. *Ioannes Epiſcopus Turritanus.* In ea Synodo Ioannes inſignis Eccleſiæ Turritanæ Epiſcopus interfuit, ut in 2. Conciliorum tomo apparet. Orta autem ex hac re tanta ſeditio Romæ eſt, ut multi, tum ex clero, tum ex populo cæderētur; nec ſacris uirginibus parcerent. Nec finis tantæ cædis factus fuiſſet, ni Fauſtus Conſul clericos miſeratus, contra Probinum tanti mali authorem arma ſumpſiſſet.

Symmachi geſta. Symmachus ſtabilita dignitate Manichæos Vrbe expulit, eorumq; libros ante fores Conſtantinianæ familiæ cōcremauit. Conſtitutiones fecit, ut die Dominico, uel Natalitijs martyrum caneretur hymnus, Gloria in excelſis Deo. Ne quis præterea uiuo Pontifice de alterius electione conſi-

lia

Anni mūdi lia moueret Anathematis pœna delinquentibus irrogata. Et ne Sacerdos niſi eiuſdem ſanguinis, & familiæ in contubernio eſſet. Ordinationes fecit quatuor in Vrbe per menſem Decembrem, quibus paſſim Epiſcopos 117. Presbyteros uerò in Eccleſia Romana 92. & Diaconos 16. creauit. Baſilicas uerò multas, aut ornauit, aut à fundamentis erexit: nam & templum beati Andreæ Apoſtoli apud Sanctum Petrum ædificauit, multoq; argento, & auro exornauit; & templum ipſius Apoſtolorum Principis, ac porticū cum marmoribus opere uermiculato in auguſtiorem formam redegit. Gradus quoq; ipſius Baſilicæ ampliores fecit: alioſq; gradus ſub diuo dextra, læuaq;. Epiſcopia præterea conſtruxit. Aedificauit etiam Baſilicam S. Agathæ martyris uia Aurelia in fundo Lardario. Baſilicam Sancti Pancratij cum arcu argenteo librarum quindecim. In Baſilica Sancti Pauli renouauit apſidam, cui ruina imminebat, picturiſq; ornauit; poſt apſidam uerò aquam introduxit, balneumq; à fundamento erexit. In Vrbe autem Baſilicam Sanctorum Silueſtri, & Martini à fundamentis extruxit iuxta Traiani thermas

Baſilicæ à Symmacho erectæ, vel ornatæ.

mas, ubi & ſupra altare ciborium fecit argenteum librarum centum uiginti, arcus argenteos librarum decem; confeſſionem argenteam librarum quindecim; ſuggeſtum quoq; erexit porphyreticis, & cruſtis marmoreis inſigne. Fecit & gradus Baſilicæ S. Ioannis, & Pauli poſt apſidem. Auxit & Baſilicam Archangeli Michaëlis, aquamq; introduxit. Sanctorum Coſmæ, & Damiani Oratoria à fundamẽtis erexit. Et in uia Tiburtina in fundo Paciano, adiuuantibus Albino, & Glaphyra illuſtribus uiris, Baſilicam S. Petro dedicauit. Reparauit etiam Baſilicam Sanctæ Fœlicitatis: & apſidam Beatæ Agnetis cum Baſilica, quæ ruinam minabatur, in meliorem formã reſtituit. Cœmeterium quoq; Iordanorum, uel fecit, uel in meliorem formam redegit. Fundauit ad uſum pauperum habitacula ad Apoſtolorum ædes in Vaticano, & Hoſtienſi uia; curauitq; nequid eis deeſſet, quod ad uictum pertineret; amator enim pauperum fuit: & Epiſcopis, ac cæteris clericis in Africa, & Sardinia propter Catholicam fidem exulantibus pecunias, & ueſtes ſubminiſtrabat. Redemit & captiuos in diuerſis prouincijs multa

Annĩ mũdi

Symmachꝰ ſubuenit Epiſcopis in Sar. exiſtentibus.

Anni mũdi multa pecunia. Nihil poſtremò omiſit, quod ad Omnipotentis Dei gloriam pertineret. Moriens ad Baſilicam Sančti Petri *Symmachi* ſepelitur 14. Kal. Auguſti anni 514. ut ex *obitus.*
4474. libro Pontificali, Platina, Sabellico, Onuphrio, & Gratiano conſtat.

4480. Anno deinde 520. quo obijt Transmundus Vandalorum Rex, & Chriſtianorum perſequutor, ſucceſſit in Regno Vandalico Ildericus Rex Catholicus qui, materna pietate à teneris annis imbutus, omnes orthodoxæ fidei Epiſcopos ex Sardinia *Epiſcopi ex* reuocauit, & in priſtinam dignitatem re- *Sardinia re-* ſtituit, permiſitq; ut ſuo uiuerent inſtituto; teſte Sabellico, Paulo Diacono, & Martino Polono. *uocantur.*

GOTTI.

DIECTIS è Sardinia Vandalis, anno 530. Iuſtinianus Imperator inſulam obtinuit, & anno 20. quo in ea regnare cœperat, Gottis illam inuadentibus, amiſit; teſte Procopio. *Gotti Sardiniam occupant,*

4511. Anno enim 551. Totilas Baduilla ſeptimus Gottorum in Italia Rex, ſuæ gentis primo-

& Corſicã. primores quoſdam cum claſſe in Corſicam emiſit, qui nemine reſiſtente inſulam in poteſtatem redegerunt, & inde Sardiniam obtinuerunt; atq; ita utraſq; Totilæ inſulas uectigales fecerunt, ut inquit Procopius. *Anni mũdi.*

Eodem anno Ioannes, qui in Libia exercitui Iuſtiniani præerat, nauium claſſem, ac hominum copias in Sardiniam contra Gottos miſit. Hi ubi Calarim urbem propius peruenere poſitis caſtris eam obſidere animo agitabant, nam muros expugnare nil poterant obſiſtentibus Gottis, qui ualidum ibi habebant præſidium. Barbari itaq; cognito Romanorum aduentu eruptione ex Vrbe facta, cum hos repentius inuaſiſſent, nullo negotio multis iam interfectis in fugam uertunt: demùm qui prælio ſuperfuere fugientes ſe in naues recipiunt, ac paulò poſt inde ſoluentes Carthaginem cum uniuerſa claſſe petunt; eodem Procopio referente. Regnauit Totilas in Sardinia annum unum, & in prælio occiſus eſt; teſte Procopio, & Blondo. *Calaris obſidio.*

Anno 552. Teias nonus Gottorum in Italia Rex adeptus Sardiniam, in ea regnauit annum unum, & prælio uictus à Narſete 4512.

Anni mũdi ſere Duce Iuſtiniani occiſus eſt, Gottique omnes ex Italia, & Sardinia pulſi ſunt, ut ex Procopio, Onuphrio, & Iacobo Maynoldi conſtat.

His temporibus regio Gottiani, quæ in Sardinia inſignis Comitatus eſt, & inſula Buciana, in qua oſſa Diui Pontiani Papæ diu, teſte Damaſo, conquieuerũt, nomen à Gottis ibi conſidentibus, ut creditur, ſumpſerunt. *Gottiani regio. Sard.* *Buciana inſula Sard.*

GRAECI ORIENTALES
IMPERATORES.

POST Gottos Orientales Imperatores Sardiniam obtinuere, teſte Onuphrio, Maynoldi, & Çurita. *Orientales Imp. Sardiniã obtinent.*

4513. Anno enim 553. uicto, & occiſo Teia, pulſiſq; ex Sardinia Gottis, Narſes Regnũ Sardiniæ Iuſtiniano Imperatori Orientali acquiſiuit, pacatumq; reddidit: atq; ita Iuſtinianus in ea regnauit annos 12. & menſes tres; Idibuſq; Auguſti mortuus eſt.

4526. Anno 565. Iuſtinus iunior Imperator Orientalis adeptus eſt Sardiniam, & in ea

regnauit annos 10. menſes 10. & dies 20: *Anni mũdi.*
& obijt 6. Nonis Octobris.

Anno 576. Tiberius Anicius Conſtantinus Imp. Orient. Sardiniam adeptus, re- 4536.
gnauit in ea annos 6. menſes 10. dies 8: & 4. Idus Auguſti mortuus eſt.

Anno 583. Tiberius Mauritius Imper. 4543.
Orien. Sardiniam obtinuit, & in ea regnauit annos 19. menſes 3. dies 11: & coactus abdicauit 14. Kal. Decembris.

Anno 591. Theodoſius Imper. Orient. 4551.
à patre Mauritio appellatus, regnauit cum eo in Sardinia annos 11. mẽſes 7. dies 6: & cum patre occiſus eſt 8. Kal. Decembris.

Anno 602. Flauius Phocas. Orient. Im 4562.
perator adeptus eſt Sardiniam, & in ea imperauit annos 8. menſes 4. dies 9: & 6. Kal. Aprilis occiſus eſt.

Anno 611. Heraclius Orient. Imperat. 4571.
adeptus eſt Sardiniam, & in ea regnauit annos 30. menſes 2: & de menſe Maij obijt.

Anno 613. Conſtantinus appellatus ab 4573.
Heraclio eius patre Imperator, regnauit cum eo in Sardinia annos 28. menſes 2: & ſolus menſes 4. & dies aliquot; & obijt.

Anno 641. Heraclius Cõſtans Orient. 4601.
Imper. Sardiniam adeptus, in ea regnauit

annos

Anni mūdi annos 26. menſes 8. dies . . . & Idibus Iulij occiſus eſt.

Hic tributa Sardis imperauit non ex ueteri forma, ſed quantacunq; extorqueri, uel abradi poſſe intellexit: & eius quæſtores tanta auaritia, & ſuperbia exegerunt, ut multi non ſolùm fortunis, ſed etiam liberis, & uxoribus ſpoliati ſint. Sacra etiam uaſa, aliaq; Eccleſiarum ornamenta ipſius iuſſu ſublata fuere; Paulo Diacono, Blondo, & alijs referentibus. *Tributa in Sardinia imperantur.*

4614. Anno 654. Heraclius Conſtantinus .ſ. Poganatius à patre Conſtante Imper. appellatus, regnauit in Sardinia cum patre, & fratribus Heraclio, & Tiberio Cæſaribus annos 15. menſes 4. dies . . . ſolus cum filijs Cæſar. annos 16. mēſes 7. & dies aliquot; & obijt circa Kal. Februarij.

4646. Anno 686. Heraclius Iuſtinianus iunior Orient. Impera. Sardiniam adeptus, regnauit annos 10. menſes 5: & coactus menſe Iulij abdicauit exul factus.

4656. Anno 696. Flauius Leontius Orient. Imperator Sardiniam nactus, regnauit in ea annos 3. menſes 2: & coactus menſe Iulij abdicauit.

4659. Anno 699. Tiberius Apſimarus Orien.

Imperator qui Sardiniam obtinuit, in ea regnauit annos circiter ſeptem: & circa Kal. Auguſti abdicauit, & occiſus eſt. Anni mũdi

Anno 706. Heraclius Iuſtinianus iunior iterum obtinuit Orient. Imperium, & Regnum Sardiniæ, in quo regnauit annos 6. dies . . . & Idibus Aug. occiſus eſt. 4666.

Anno 712. Philippus Bardanes Orient. Imper. Sardiniam adeptus, regnauit in ea annos 2. menſes 9. dies 7: & coactus abdicauit 12. Kal. Iulij. 4672.

Anno 715. Artemius Anaſtaſius Orien. Imper. adeptus Sardiniam Imperauit annum 1. menſes 3. & coactus abdicauit 14. Kal. Septembris. 4675.

Anno 716. Theodoſius quartus Adtramitenus Orien. Imperat. Sardiniam obtinuit, & in ea regnauit menſes 7. dies 6: & coactus abdicauit 8. Kal. Aprilis. 4676.

Anno 717. Flauius Leo tertius Orient. Imper. obtinuit Sardiniam, & in ea regnauit annos 3. & menſes aliquot: & Saracenis Sardiniam inuadentibus inſulam amiſit anno 186. quo Imperatores Orientales in ea regnare cœperunt. 4677.

His Orientalium Imperatorum temporibus anno circiter 535. fuit Sardinia 4495.

Africæ

Anni mūdi Africæ attributa, & facta illius Prouincia Præſidialis à Iuſtiniano Imperatore, qui ſanxit Sardiniæ Præſidem Præfecti Prætorio Africæ ſubeſſe, & in eius officio quinquaginta homines habere, ut in illius codice legitur. Præſides autem hi fuerunt. Sardinia Prouincia Præſidialis Africæ attributa

4495. Anno 535. Cyrillus . . Sardiniæ Præſes. Sard. Præſides.

. . . .

4557. Anno 597. Gēnadius . . . Sard. Præſes.

4558. Anno 598. idē Gennadius Sard. Præſes.

. . . .

4561. Anno 601. Spes de Hoſpes Sard. Præſes.

. . . .

Eodem etiam tempore Iuſtinianus mādauit Ducem in Sardinia à Beliſario ordinari, qui milites pro locorum cuſtodia neceſſarios in ea haberet; & Sardos ab omni hoſtium incurſione illæſos defenderet, eorumq; fines ſeruaret, ut ex eodē Iuſtiniani codice cōſtat. Fuerunt autem Duces.

Anno . . . .

4548. Anno 588. Edatius . . . Sardiniæ Dux. Sard. Duces.

. . . .

4550. Anno 590. Theodorus . . . Sard. Dux.

. . . Donatus, ſeu Doratus eius officialis.

. . . .

4553. Anno 593. Zabardus . . Sardiniæ Dux.

. . .

Anni mũdi

Anno 602. Eupator . . Sardiniæ Dux. 4562.

Hi Duces in mõtibus Sardiniæ iuſſu Imperatorũ reſidebant: nam ibi aderant Barbaricini, populi illi antiqui, qui nunquã à Carthaginenſibus, Romanis, & Vandalis, ut diximus, debellati fuere, quiq; ad eam uſq; ætatem idolorum cultores Chriſti fidem & Orientalium Imperatorum iugum recipere noluerant Itaq; Duces præfati cũ illis uarijs prælijs certarunt, uſq; ad Maurițij, & Theodoſij tempora, quibus Hoſpes eorum dux fidem Chriſti recepit, & pacem à Zabardo tunc Sardiniæ Duce petijt, atq; eam hac conditione, ut reliqui Chriſtiani fierent, habuit: quod ubi diuus Gregorius tũc Romanus Põtifex cognouit, Fœlicem Epiſcopum, & Cyriacum ad eos miſit, & Hoſpiti Barbaricinorum Duci ita ſcripſit.

Barbaricini Sard. populi Idolatræ.

Hoſpes Dux Barbaricinorum fit Chriſtianus.

S. Gregorij Papæ literæ ad Hoſpitẽ deſtinatæ

CVM de gente ueſtra nemo Chriſtianus ſit, in hoc ſcio, quòd omni gente tua es melior, quia tu in ea Chriſtianus inueniris. Dum enim Barbaricini omnes, ut inſenſata animalia uiuant, Deum

Deum uerum neſciant, ligna autem, & lapides adorent, in eo ipſo, quòd Deum uerum colis, quantùm omnes antecedas, oſtendis. Sed fidem quam percepiſti, etiam bonis actibus, & uerbis exequi debes; & Chriſto, cui credis, offer quod præuales, ut ad eum quoſcunq; potueris adducas, eoſque baptizari facias, & æternam uitã diligere admoneas. Quod ſi fortaſſe ipſe agere non potes, quia ad aliud occuparis ſalutans peto, ut hominibus noſtris illic tranſmiſſis, ſcilicet fratri, & Coëpiſcopo meo Fœlici, filioq; meo Cyriaco ſeruo Dei, ſolatiari in omnibus debeas, ut dum eorum labores adiuuas, deuotionem tuam Omnipotenti Domino oſtendas; etiam ipſi tibi in bonis actibus adiutor ſit, cuius famulis ſolatiaris. Benedictionem uerò Sancti Petri uobis trãſmiſimus, quam peto, ut debeatis benignè ſucipere.

Ad

Ad Zabardum autem Ducem Sardiniæ has etiam literas paulò poſt miſit. Anni mūdi

Alia epiſto-la ad Zabar-dum.

SCriptis fratris, & Coëpiſcopi mei Fœlicis, & Cyriaci ſerui Dei, gloriæ ueſtræ bona cognouimus, magnasq; Omnipotenti Deo gratias agimus, quòd talem Ducem Sardinia ſuſcepit, qui ſic ſciat, quæ terrena ſunt Reipublicæ exoluere, ut benè etiam nouerit Omnipotenti Deo obſequia patriæ cœleſtis exhibere. Scripſerunt etenim mihi, quòd eo pacto cum Barbaricinis facere pacem diſponitis, ut eoſdem Barbaricinos ad Chriſti fidem adducatis. Hac de re ualde lætatus ſum, & dona ueſtra (ſi Omnipotenti Deo placuerit) citius Sereniſſimis Principibus innoteſco. Vos ergo, quod cœpiſtis, explete; Omnipotēti Deo deuotionem ueſtræ mentis oſtendite. Eos, quos illuc ad conuertendos Barbaricinos tranſmiſimus, quantùm ualetis adiuuate, ſcientes, quòd talia opera multùm uos, & ante terrenos Principes, & coram cœleſti Rege præualeant adiuuare.

Fœlix

Anni mũdi Fœlix igitur, & Cyriacus in Sardiniam Gregorio, ut dixi, miſſi Verbum Dei Barbaricinis illis populis diſſeminantes, & Chriſtum mũdi Redemptorem prædicantes, multos ad fidem Chriſti duxerunt, baptimatiſq; lauacro ſacrarunt. Atq; ita infra ſeptennium regio illa in parœciæ formam redacta fuit, & in illius utilitatem mancipia comparari Gregorius, hac epiſtola Vitali Sardiniæ defenſori mandauit.

Barbaricini ad fidẽ Chriſti conuertuntur.

Parœcia Barbaricinorum.

BOnifacium præſentium portitorem, Notarium ſcilicet noſtrum, ad hoc nos experientia tua illuc tranſmiſiße cognoſcat, ut in utilitatem parœciæ Barbaricinæ debeat mancipia comparare. Et ideo experientia tua omnino ei ſtudiosè ſolliciteq; concurrat, ut & bono pretio, & talia debeat cõparare, quæ in miniſterio parœciæ utilia ualeant, inueniri &c.

Gregorij litteræ ad Vitalem.

Erant inſuper eodem tempore in diuerſis Sardiniæ pagis plures ruſtici infideles, qui ab ipſius inſulæ nobilibus, uel Eccleſijs poſſidebantur, & in Phauſiana diœceſi multi, qui adhuc idola colebant, reperiebantur. Hi enim, ut idolis liberius ſacrifi-

Ruſtici infideles in Sardiniæ pagis.

Phauſiana diœceſis.

care poſſent, Imperatorijs Iudicibus pretiũ quoddam perſoluebant; quod ubi Diuus Gregorius, ex Fœlicis, & Cyriaci relatione, accepit, eius rei indignitate motus, imprimis ad nobiles Sardiniæ has literas dedit.

Anni mũdi

Gregorij literæ ad nobiles Sardiniæ.

FRatris, & Coëpiſcopi mei Fœlicis, uel filij mei Cyriaci ſerui Dei, relatione cognoui, penè omnes uos ruſticos in ueſtris poſſeſſionibus idololatriæ deditos habere. Et ualde hac de re contriſtatus ſum, quia ſcio quòd ſubiectorum culpa, præpoſitorum deprimit uitam; & cum in ſubiecto peccatum non corrigitur, in eos qui præſunt ſententia retorquetur. Vnde, magnifici filij, exhortor, ut omni cura, omniq; ſollicitudine animarum ueſtrarum zelum habere debeatis, & quas rationes, Omnipotenti Deo de ſubiectis ueſtris reddituri eſtis, aſpicite. Ad hoc quippe illi uobis commiſſi ſunt, quatenus & ipſi ueſtræ utilitati ualeant ad terrena deſeruire, & uos per ueſtram prouidentiam eorum animabus ea, quæ ſunt æterna proſpice-

re.

Anni mũdi re. Si igitur impendunt illi quod debent, uos eis cur non ſoluitis, quod debetis? id eſt, ut aßiduè illos magnitudo ueſtra commoneat, ab idololatriæ errore compeſcat, quatenus eis ad fidem ductis, Omnipotentem Dominum erga ſe placabilem faciat. Ecce enim mundum hunc, quia finis uicinus urget, aſpicitis, quod modò humanus in nos, modò diuinus gladius ſæuiat uidetis; & tamen uos ueri Dei cultores à commiſſis uobis lapides adorari conſpicitis, & tacetis. Quid quæſo in tremendo iudicio dicturi eſtis, quando hoſtes Dei, & ſub poteſtate ueſtra ſuſcepiſtis, & tamen eos Deo ſubdere, atq; ad eum reuocare contemnitis. Unde debitum ſalutationis alloquium ſoluens peto, ut magnitudo ueſtra attendere erga Zelum Dei uehementer inuigilet, & quis quantos ad Chriſtum perduxerit ſuis mihi epiſtolis indicare feſtinet. Quod ergo uos agere ex aliqua occaſione forſitan minimè ualetis prædicto fratri, & Coëpiſcopo noſtro Fœlici,

lici, uel filio meo Cyriaco, iniungite, eiq; ad opus Dei ſolatium præbete, ut in remuneratione uitæ tantò poßitis eſſe participes, quantò nunc bono operi ſolatium præbetis. Anni mũdi

Ad Ianuarium quoq; Epiſcopum Calaritanum has literas tranſmiſit.

Gregorij Epiſtola ad Ianuarium Epiſcopum Calar.

FRatris, & Coëpiſcopi noſtri Fœlicis, & Cyriaci Abbatis relatione cognouimus &c. Accidit autem aliud ualde lugendum, quia ipſos ruſticos, quos habet Eccleſia tua, nunc uſq; in infidelitate remanere, negligentia fraternitatis ueſtræ permiſit. Et quid uos admoneo, ut extraneos ad Deum adducatis, qui ueſtros ab infidelitate corrigere negligitis? Vnde neceſſe eſt uos per omnia in eorũ conuerſione uigilare. Nam ſi cuiuslibet Epiſcopi in Sardiniæ Inſula paganum ruſticum inuenire potuero, in eundem Epiſcopum fortiter uindicabo. Iam uerò ſi ruſticus tantæ fuerit perfidiæ, & obſtinationis inuentus, ut ad Deum

Anni mūdi *Deum uenire minimè conſentiat, tanto penſionis onere grauandus eſt, ut ipſa exactionis ſuæ pœna compellatur ad rectitudinem feſtinare.*

Poſtremò in Phauſania diœceſi Epiſcopum ab ipſo Ianuario ordinari mandauit, cui has litteras ſcripſit. *Epiſcopus Ordinatus in Phauſania Sardi. diocœſi. Greg. litteræ.*

PEruenit ad nos in loco, qui intra Prouinciam Sardiniã dicitur Phauſania, conſuetudinem fuiſſe Epiſcopum ordinari, ſed hanc pro rerum neceſſitate longis aboleuiſſe temporibus: Quia autem nunc Sacerdotum indigentia quoſdam illic paganos remanere cognouimus, et ferino degentes modo, Dei cultum penitus ignorare; hortamur fraternitatem tuã, ut illic ſecundum priſtinum modum ordinare feſtinet Antiſtitem, talem uidelicet, qui ad hoc opus, moribus, ac uerbo exiſtat idoneus, & oberrantes ad gregem dominicum paſtorali ſtudeat æmulatione deducere, quatenus eo illic ad animarum uocante

com-

compendium, nec uos inueniamini ſuperflua popoſciſſe, nec olim deſtructa fruſtra nos reformaſſe pœniteat. Anni mūdi

Victor Epiſcop⁹ Phauſianæ Eccleſiæ.

Ordinatus itaq; fuit Epiſcopus dictæ Eccleſiæ Phauſianæ Victor præclarus uir, qui doctrina, & exemplo multos ad fidem reduxit, atq; baptizauit; ut ex literis Gregorij conſtat, qui ſpei de Hoſpite Sardiniæ Præſidi in hunc modum ſcripſit.

Greg. lit.

Particeps proculdubio mercedis exiſtit, qui bonorum ſe operum exhibet adiutorem: quia ergo multi de Barbaris, & Prouincialibus Sardiniæ ad Chriſtianam fidem dicuntur, Deo propitio, deuotiſsimè feſtinare, magnitudo ueſtra ſtudium ſuum hac in cauſa decenter accommodet; & Fratri, & Coëpiſcopo noſtro Victori in conuertendis, baptizandiſq; eis ſtudioſè concurrat, quatenus dum de interitu multorum animæ per baptiſmatis gratiam uobis fuerint ſollicitantibus liberatæ, & apud homines laudem habere, & apud Omnipotentem

Anni mũdi *tentem Dominum, quod ſummopere ſtudendum eſt, magnam mercedem poßitis acquirere, atq; nos uobis gratias referentes, magnitudini ueſtræ poſsimus modis omnibus exiſtere debitores.*

Cæterùm quia à Præſide, & alijs Imperatorijs Iudicibus conuerſi ad fidem, etiam ſoluere cogebantur, quæ antea pro idolorum cultu pẽdere conſueuerant, populiq; duplici præmebantur tributo, ideo ad Conſtantiam Auguſtam literas has dedit. *Tributum pro idolorũ cultura penſum.*

Greg. lit. *CVm sereniſsimam dominam ſciam de cœleſti patria, atq; animæ ſuæ uita cogitare, culpam me committere uehementer exiſtimo; ſi ea, quæ pro timore Omnipotentis Domini ſunt ſuggerenda ſiluero &c. Quidam rem mihi ſacrilegam nunciarunt, quia hi, qui in Sardinia idolis immolant Iudici præmium perſoluunt, ut eis hoc facere liceat, quorum dum quidam baptiZati eſſent, & immolare iam idolis deſeruiſſent, adhuc ab eodem inſulæ Iudice, etiam*

etiam poſt baptiſmum præmium illud Anni mũdi
exigitur, quod dare prius pro idolorum immolatione conſueuerant &c.

Poſtea ad Innocentium Africæ Præfectum literas in hunc modum ſcripſit.

Gregorij literæ.

QVi prauorũ actuum eminentiam ueſtram iudicẽ eſſe deſiderat, quid de æquitatis eius bono ſentiat, æſtimatis, proinde reuerendiſsimi fratris, & Coëpiſcopi noſtri Victoris Phauſanenſis Epiſcopi plenam uobis doloribus querelam deferimus, ut & malos ab actione perpera corrigatis, & ab iniuſtitia, quam ſuſtinent, bonos eruatis. Queritur ſiquidem ſupradictus frater noſter, multas in illis locis uiolentias, multaq; alia contra edicti morem Africanos Iudices exercere. Deniq; ut duplicia illic tributa, quod auditu ipſo intolerandum eſt, exigantur. Et quia huius mali emendatio ueſtram ſpecialiter auctoritatem dignitatis expectat, petimus, ut ſub tali indignatione perquirere, & ita

hoc,

Anni mūdi *hoc, Deo uobis imperante corrigere, quatenus afflictis pro mercede animæ ueſtræ protectione iuſtitiæ ſuccurratis, & huius emendationis exemplo alios in futuro à prauis actionibus arceatis.*

Cum etiam in Sardinia aruſpices, ſortilegiq; plures idololatris mixti reperirentur, cōtra eos Gregorius procedendum eſſe cenſuit, atq; ita Ianuario Epiſcopo Calaritano ſcripſit. *Aruſpices & ſortilegi in Sardinia.*

PEruenit ad nos &c. Contra idolorum namq; cultores, uel aruſpices, atq; ſortilegos, fraternitatem ueſtram uehementius paſtorali hortamur inuigiliare cuſtodia, atq; publicè in populo contra huius rei uiros ſermonem facere, eoſq; à tanti labe ſacrilegij, & diuini intentione iuditij, & præſentis uitæ periculo adhortatione ſuaſoria reuocare. Quos tamen ſi emendare ſe, à talibusq; corrigere nolle repereris, feruenti comprehendere Zelo te uolumus, & ſi quidem ſerui ſunt uerberibus, cru- Gregorij lit.

ciatibuſque, quibus ad emendationem peruenire ualeant, caſtigare; ſi uerò ſint liberi incluſione digna, diſtrictaq; ſunt in pœnitentiam dirigendi, ut qui ſalubria, & à mortis periculo reuocantia audire uerba contemnunt, cruciatus ſaltem eos corporis ad deſideratam mentis ualeat reducere ſanitatem, &c. Anni mũdi

Hac igitur Gregorij paſtorali ſolicitudine, & diligentia idololatræ, qui in Sardinia erant, ad fidem Chriſti cõuerſi ſunt, teſte Nauclero. Iudæi quoq; plures, qui etiam tunc temporis in inſula reperiebantur, eius ſummo ſtudio, & labore Chriſtũ amplexi ſunt, ut ex Gregorij literis, ad Ianuarium Epiſcopum Calaritanũ ſcriptis, conſtat.

Iudæi plures in Sardinia conuertuntur.

Iudæorum ſerui ad fidẽ confugiẽtes.

Quia tamen acceperat hos Iudæos ſeruos, ancillaſq; ad Eccleſiam fidei cauſa cõfugientes uendicare, uel eorum pretium extorquere cõſueuiſſe, ita eidem Ianuario Calaritano Epiſcopo ſcripſit.

Gregorij lit.

SAtis quidem te ipſum paſtoralis zelus inſtigare debuerat, &c. Peruenit ẽt ad nos

Anni mūdi *ad nos, ſeruos, ancillaſq; Iudæorum, fidei cauſa ad Eccleſiam refugientes, aut infidelibus reſtitui dominis, aut eorum, ne reſtituantur, pretium dari. Hortamur igitur, ut tam prauam conſuetudinem nullatenus manere permittas; ſed ſi quilibet ſeruus Iudæorum ad uenerabilia loca confugerit cauſa fidei, nullatenus eum patiamini præiudicium ſuſtinere. Sed ſiue olim Chriſtianus, ſiue nunc fuerit baptiƷatus, ſine ullo pauperum damno, religioſo Eccleſiaſticæ pietatis patrocinio, in libertatem modis omnibus defendatur, &c.* Hæc omnia ex regeſtro Diui Gregorij conſtãt.

Per hæc tempora plures in Sardinia erãt inſignes Eccleſiæ.

Nam aderat Eccleſia Turritana, in qua infraſcripti Epiſ. his temporibus floruere. *Eccleſia Turritana.*

Anno enim 645. floruit Pentuſius Sanctæ Eccleſiæ Turritanæ Epiſcopus, qui in Bizantij Concilio contra Paulum, & alios Monothelitas interfuit. *Pentuſius Epiſcopus Turritanus.*

Anno 650. Valentinus Sanctiſſimus

Eccleſiæ Turritanæ Epiſcopus, qui in celeberrimo Lateraneñ. Romano Concilio, ſub Sancto Martino Papa huius nominis primo, claruit, ut in ſecundo conciliorum tomo conſtat. *Anni mūdi*

Priuilegia Epiſcoporũ Turritanæ Eccleſiæ.

Epiſcopi huius Eccleſiæ Turritanæ ex antiqua conſuetudine, & Sancti Martini Papæ, huius nominis Primi, ac etiam beati Ioannis Papæ, huius nominis Quinti, conſtitutionibus à ſolo Romano Pontifice ordinabantur, & nulli alij ſuberāt, ut inquit Deus dedit, in eius libro qui in Bibliotheca Vaticana ſeruatur, multoſq; Suffraganeos quibus præerant habebant, quorum nomina incognita.

Eccleſia Calaritana. Ianuarius Archiepiſcopus Calaritanus.

Inſignis etiam erat hoc tempore Eccleſia Calaritana, in qua Ianuarius Epiſcopus S. Gregorij epiſtolis clarus floruit. Hic inter cæteros habebat in eius Eccleſia Epiphanium Archipresbyterum, & Liberatũ Diaconum à diuo Gregorio nominatos. Erat Metropolitanus, & ex conſuetudine, & Sancti Gregorij inſtitutione tenebatur bis in anno Concilia Epiſcoporum congregare, ut ex eiuſdē Gregorij epiſtola ad ipſum Ianuariũ miſſa conſtat, dum inquit.

Concilium bis in anno celebrandũ.

Epiſco-

Anni mũdi

EPiſcoporum etiam Concilia, ſicuti tã tuæ mos dicitur fuiſſe prouinciæ quàm quòd Sanctorum canonum authoritate præcipitur, bis in anno celebrare te uolumus; ut ſi quis inter eos à ſui formà propoſiti actionis, atq; morum qualitate diſcordat ſociali poſſit fratrum increpatione redargui, & pro ſecuritate commiſſi gregis, animarumq; ſtatu paterna ualeat circũſpectione tractari. &c.

Gregorij lit.

Erant autem eius Suffraganei infraſcripti Epiſcopi.

Innocentius Epiſcopus . . . in Sardinia.
Marinianus Epiſcopus . . . in Sardinia.
Libertinus Epiſcopus . . . in Sardinia.
Agaton Epiſcopus . . . . . in Sardinia.
Victor Epiſcopus Eccleſiæ Phauſianæ in Sardinia. Eccleſia autem iſta nunc ſuppreſſa eſt.

Epiſcopi Suffraganei. Eccleſia Phauſiana.

Hi omnes ex conſuetudine, & diui Gregorij ordinatione, denuntiationẽ, & licentiam ad tranſmarina proficiſcendi à Calaritano Archiepiſcopo accipiebant: nã illis ita Gregorius Papa ſcripſit.

Cogno-

Gregorij lit. Anni mūdi

COgnouimus, quòd mos ueſtræ inſulæ poſt Paſchalem feſtiuitatem uobis euntibus, aut directis reſponſalibus ueſtris ad Metropolitanum ueſtrum, utrū ſciatis an minimè ipſe uobis de uenturo Paſcha ſcripta debeat denunciatione mandare, & quantùm dicitur, quidam ueſtrum hoc facere, ſecundum conſuetudinem poſtponentes, aliorum quoq; ad non obediendum corda peruertunt. Additur etiam, quod ex uobis aliqui pro Eccleſiæ ſuæ emergentibus cauſis, tranſmarina petentes, ſine prædicti Metropolitæ ſui cognitione, uel epiſtolis, ſicut canonum ordo conſtituit, audeant ambulare. Hortamur ergo fraternitatem ueſtram, ut antiquam Eccleſiarum ueſtrarum conſuetudinem exequentes, tam de ſuſcipienda Paſchali denuntiatione, quàm etiam ſi quenquā ueſtrum pro cauſis proprijs, ubicunq; compulerit ambulare neceßitas, ab eodem Metropolitano ueſtro, ſecundum indictam uobis regulam petere debeatis, nec eam

poſt

Anni mũdi *poſtponere in aliquo præſumatis; excepto, ſi, quod non optamus, contra eundem Metropolitanum ueſtrum habere uos aliquid cauſæ contigat, ut ob hoc ſedis Apoſtolicæ iudicium requiratis: nam his qui petere feſtinant licentiam, quod ſcitis per canones etiam antiquorum patrum inſtitutione habere permiſſum eſt.*

Poſt Ianuarium plures in ea Eccleſia Calaritana his temporibus floruerunt Epiſ.

Anno enim 604. claruit Venereus inſignis Epiſcopus Calaritanus, ad quẽ idem Gregorius Papa quaſdam ſcripſit epiſtolas, ut ex Gratiano, & Iuone Epiſcopo Carnotenſe conſtat. *Venere⁹ Calaritanus Epiſcopus.*

Anno 650. emicuit Deusdedit Sanctiſſimus Eccleſiæ Calaritanæ Epiſcopus, qui in celeberrimo Lateraneñ. Romano concilio, ſub S. Martino Papa huius nominis primo, interfuit, & multa præclarè, doctéq; dixit, fecitq; ut in eo concilio cõſtat. *Deusdedit Epiſcopus Calaritan⁹.*

Poſt eum effulſit Iuſtinus eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, qui eidem Lateraneñ. Synodo ſubſcripſit, ut in ſecundo conciliorum tomo apparet. *Iuſtinus Epiſcopus Calaritanus.*

Anno

Citonatus Epiſcopus Calaritanus.

Anno deinde 681. Citonatus eiuſdem *Anni mūdi* Calaritanæ Eccleſiæ inſignis Epiſcopus, in ſexta Cōſtantinopolitana Synodo claruit.

Eccleſia Mirinenſis in Sardinia. Seuerinus Eſcopus.

Præterea in Sardinia erat Mirinenſis Eccleſia, in qua Seuerinus inſignis Epiſcopis excelluit, & eo mortuo pro Epiſcopi ordinatione, & reſtitutione miniſteriorū ipſius Eccleſiæ, Gregorius hanc epiſtolam Petro Notario in Sardinia ſcripſit.

Greg. epiſtola.

Miniſteria Eccleſiæ Mirienſis, quæ ſecum ſquillaſtrum quondam Epiſcopus ſeuerinus detulerat, præſentiam ſibi portitores reſtitui poſtulabant, quia ergo res Eccleſiaſticæ tanta debent ſolicitudine præmuniri, hoc nobis uiſum eſt, ut in eadem Eccleſia, ſeu Ciuitate Epiſcopus, cui miniſteria ıpſa tradi poßint, debeat ordinari; ſed quoniam Leonem Archidiaconum, alioſq; cleros eiusdem Eccleſiæ eſſe illic commemorant; experientiæ tuæ præcipimus, quatenus eos ad ſuam Eccleſiam proficiſci, ac eligere ordinandum Epiſcopum ſibi commoneat, ut dum Deo illic fuerit propitio conſecratus

Anni mūdi *cratus, ipſe Eccleſiæ res ſine aliqua am biguitate recipiat.*

Ex epiſtolis etiam diui Gregorij inſinuatur, Felicem quendam Sardiniæ Epiſcopum his temporibus à Ioanne primæ Iuſtinianæ Epiſcopo ordinatum, ſub illius iuriſditione fuiſſe. Cæterum in antiquo manu ſcripto codice Michaëlis Thomaſij doctiſſimi Ilerdenſis Epiſcopi, inueni hūc Fœlicem Epiſcopum nō Sardiniæ, ſed Sardicæ ciuitatis Lydiæ fuiſſe, atq; ita ab Epiſcopo primæ Iuſtinianæ ordinatum.

Codex D. Michaëlis Thomaſij Epiſcopi Ilerdenſis.

Cœpit habere eadem ferè tempeſtate primùm Sardinia ſuos Defenſores, ſeu Legatos Apoſtolicos annis ſequentibus, ut infra deſcribuntur qui cauſas, & præcipua Cleri negocia apud Romanam Sedem curarent, ut ex ipſius D. Gregorij ad quoſdā miſſis Epiſtolis ſatis conſtat: Itaq;

Defenſores, & legati Apoſtolici in Sardinia.

4550. Anno 590. Honoratus Diaconus Sardiniæ Defenſor.

4551. Anno 591. Io. Sed. Apoſtolicæ Notarius Legatus in Sardinia.

4552. Anno 592. Sabinus Defenſor, & Ioannes Legatus in Sardinia.

Anno 596. Petrus Notarius Legatus in Sardinia. Anni mũdi 4556.

. . . .

Anno 598. Vitalis defenſor Sardiniæ. 4558.

. . . .

Anno 600. idem Vitalis defenſor, & Bonifacius Legatus in Sardinia. 4560.

. . . .

Anno 604. idem Vitalis defenſor in Sardinia. 4564.

. . . .

Defenſores in Sard. ad inſtar Iudicum Appellationum.

Iſti erát Cleri defenſores, ut Iudices grauaminum, quæ ab Epiſcopis Sardiniæ inferebantur, ut eſt nunc etiam, is qui Iudex appellationum uocatur, quod ex epiſtolis Gregorij ſatis apertè colligitur. Is enim Sabino defenſori in Sardinia ita ſcribit.

Gregorij lit. ad Sabinum defen.

QVædam ad aures noſtras grauia peruenerunt, quæ quoniam canonicam emendationem expectant, idcirco experientiæ tuæ præcipimus, quatenus una cum Io. Notario omni excuſatione poſtpoſita Ianuarium fratrẽ, & Coëpiſcopum noſtrum ſumma huc exhibere inſtantia non omittas; ut eo coram poſito

Anni mũdi *ſito ea, quæ ad nos perlata ſunt ſubtili ualeant inquiſitione perquiri &c.*

Præterea Vitali Defenſori in hunc modum ſcripſit.

INdicatum eſt nobis, quod quidã Caralitanæ eccleſiæ clerici diſciplinam ſui refugientes Epiſcopi, contra eum ſolatiũ tuæ defenſionis exquirant, atq; per hoc illi, quod dici graue eſt, contumaces exiſtant. Quam rem, ſi ita eſt, omnino dure ſuſcepimus, dicitur etiã, quod ſuæ actus deſerentes Eccleſiæ in aliorũ ſe obſequijs, & laboribus occupantes, ubi nomen dederunt militiæ inueniantur extranei. Experientia ergo tua nihil deinceps tale aliquid facere præſumat, ſed ſi cuiuſq; Clerici, ut aſſolet, culpæ caſus emerſerit, in qua te ſibi petere debeat adiutorem, ad eundem Epiſcopum reuerenter accede, & ſicut cauſæ meritum cognoueris, apud eum non defenſor culpæ, ſed potius interceſſor accede. Vt hac prouiſione, & poſcenti feras Aliæ literæ ad Vitalem Defen.

auxilium, & iura præpoſiti non turben- tur. Si qui uerò ſunt, ut iuſta popoſcerint eis per te auxilium Sedis Apoſtolicæ non eſt negandum, ſed tamen ita ſeruanda eſt uniuſcuiuſq; Epiſcopi reuerentia, ut Clericorum diſciplina per defenſionis tuæ experientiam minimè ſoluatur. Dictum eſt nobis, quod ruſtici poſſeſſionis eiuſdem Calaritanæ Eccleſiæ curã propriam deſerentes in priuatorum poſſeſſionibus culturam laboris adhibeant, ex qua re agitur, ut poſſeſſiones Eccleſiæ propriæ in alio occupato cultore depereant, atq; ad tributa ſua perſoluenda idoneæ non exiſtant. In qua re experientiam tuam uolumus omnino eſſe ſolicitã, ut tale fieri poſthac noſtra authoritate data tibi permittere non debeas, ſciturus, quod ſi neglexeris noſtros exinde de minori contra te ſolicitudine animos commoueri &c. Anni mũdi

Anni mūdi

Similem etiam epiſtolam ad Ianuarium Calaritanum Epiſcopum dedit dicens.

Gregorij Epiſtola ad Ianuarium

PEruenit ad nos, quod quidam de ueſtris Clericis ſpiritu elationis inflati, quod dici graue eſt, fraternitatis ueſtræ iuſſionibus obedire poſtponant, atq; in aliorum ſe magis obſequijs, ac laboribus occupantes ſuæ deſiderantur, ubi ſunt neceſſarij, actus Eccleſiæ, ex qua re nimie, admiramur, cur in eis Eccleſiaſticæ nō teneatis regulam diſciplinæ, nec eos diſſolute uagantes in deuijs ad normam ſuſcepti officij diſtricti moderaminis fræno reſtringatis. Dicitur etiam, quod aliqui ex eiſdem contumacibus Clericis, ut defendi contra uos ualeant, ad Vitalis Defenſoris noſtri patrocinia cō uolarint. Vnde ad eos ſcripta noſtra direximus, ne quēquam Clericorum ueſtrorum contra uos irrationabiliter denuo ualeat defenſare, ſed ſi culpæ caſus emerſerit, & grauis non eſt, ſed ueniam mereatur interceſſor apud uos magis accedere debeat, quam defenſor &c.

Per

Presbyteri Sardi. Chriſmate confirmabant infantes baptizatos. *Anni mũdi*

Per hæc etiam tempora Calaritanæ prouinciæ Presbyteri infantes baptizatos, ſacro Chriſmate confirmabant, quod ubi Gregorius nouit, omnino prohibuit, ita Ianuario eorum Epiſcopò ſcribens.

Gregorij lit.

SAtis quidem te ipſe paſtoralis zelus inſtigare debuerat &c. Presbyteri baptizatos infantes ſignare bis in fronte Chriſmate non præſumant. Sed Preſbyteri baptizandos tangant in pectore, ut Epiſcopi tangere debeãt in frõte &c.

Quæ quidem prohibitio cum aliquibus in ea prouincia moleſta eſſet, idq; Gregorius intellexiſſet, eidem Ianuario in hũc ſcripſit modum.

Gregorij lit.

FRatris, & Coëpiſcopi noſtri Fælicis, & Cyriaci Abbatis relatione cognouimus &c. Peruenit quoq; ad nos quoſdam ſcandalizatos fuiſſe, quod Presbyteros Chriſmate tangere eos, qui baptizati ſunt prohibuimus. Et nos quidem ſecundùm uſum ueterem Eccleſiæ noſtræ fecimus; ſed ſi omnino de hac re aliqui

Anni mũdi *qui contriſtantur, ubi Epiſcopi deſunt, ut presbyteri, & in frontibus baptizatos chriſmate tangere debeant, cõcedamus.*

Floruit his temporibus Iſidorus Sardus uir eloquentiſſimus à Gregorio laudatus; claruerunt q; Deſideria, & Catella, pluresq; moniales, & uiri religioſi. Et monaſteria infraſcripta conſtructa fuere. *Iſidorus eloquentiſſim⁹ Sardus.* *Moniales inſignes Sard.*

Monaſterium Sancti Viti à Vetulana cõditum, in quo Iuliana Abbatiſſa floruit. *Monaſteria plura in Sardinia.*

Monaſterium Sanctæ Hermæ à Pompeiana religioſa in domo propria erectum.

Monaſterium . . . . à Theodoſa iuſſu Stephani uiri ſui in ciuitate Calaris conditum, in quo reliquiæ Sanctorum ex Gregorij conceſſione fuerunt collocatæ. *Reliquiæ Sanctorum.*

Monaſterium . . . iuſſu Petri in eius domo conſtructum.

Monaſterium Agelitanum, in quo Muſicus erat Abbas.

Monaſterium Santi Gauini, & Luxorij, in quo Siriaca prius, mox Grauina, fuerunt Abbatiſſæ. *Sancti Gauini & Luxorij Monaſterium in Sardinia.*

Monaſterinm Sancti Iuliani . . . . . .

Monaſterium Vrbani quondam Abbatis extra muros urbis Calaritanæ conſtructum

Anni mũdi

tum, in quo fuit Ordinatus Abbas Ioannes, & plures reliquiæ Sanctorum fuerunt reconditæ.

Reliquiæ Sanct orum.

Alia quoq; monaſteria, quæ ex relictis pijs ædificanda in Sardinia erant; negligentiaq; Prælatorum conſtrui differebantur à Gregorio iuſſa ſunt ædificari. Is enim Ianuario in hunc modum ſcripſit.

Gregorij lit.

Satis quidẽ &c. Profundandis etiã monaſterijs, quæ à diuerſis iuſſa ſunt conſtrui, ſi iniuſta perſpicis hæc aliquos quibus indita ſunt, excuſatione differre, ſolerter ſecundum, quod leges præcipiunt admonere te uolumus, ne piæ defunctorum uoluntates, tua quod abſit, remiſſione caſſentur &c.

In ea quoq; Epiſtola magnam Ianuarij negligentiam circa monaſteria conſtructa ita reprehendit, & increpat.

Aliæ lit. Ex Regeſtro epiſt. D. Greg. lib. 3. epiſt. 9.

Peruenit ſiquidem ad nos; minus te monaſterijs ancillarum Dei in Sardinia ſuis, tuitionis impendere, & cum diſpoſitum à tuis prudenter fuiſſet deceſ

ſoribus

Anni mūdi *ſoribus, ut quidam de clero probati uiri curam gerentes earum ſe neceſſitatibus adhiberent, nunc ita funditus eſſe neglectum, ut per publicas perſonas pro tributis, alijſq; munijs ipſæ per ſe principaliter Deo dedicatæ fœminæ compellantur ſubire, neceßitatemq; habeant pro ſupplendis fiſcalibus per uillas, prædiaq; diſcurrere, atq; uirilibus incompetenter ſe miſcere negotijs: quod malum fraternitas tua facili correctione remoueat, ut unum probatum uirū uita, moribuſq;, cuius etas; atq; locus nihil de ſe prauæ ſuſpicionis obijciant, ſolicite deputet, qui ſic monaſterijs ipſis cum Dei timore poßit aßiſtere, quatenus ulterius eis pro quibuslibet cauſis priuatis, uel publicis extra uenerabilia loca contra regulam uagari non liceat; ſed quicquid pro ijs agendum eſt, per eum, quem deputaueris, rationabiliter peragatur. Ipſæ uero referentes Deo laudes, atq; coërcentes ſemetipſas in monaſterijs ſuis nullam occaſionem ul-*

terius fidelium mentibus praua ſuſpicionis inijciant. Si qua autem earum, uel per anteriorem licentiam, uel per impunitatis prauam conſuetudinem ad lapſum deducta eſt, aut in futuram fuerat perducenda uoraginem, hanc poſt adulterij competentis ſeueritatem uindictæ in aliud districtius Virginum monasterium in pœnitentiam redigi uolumus, ut illic orationibus, atq; ieiunijs, & ſibi pœnitendo proficiat, & metuendum cæteris arctioris diſciplinæ præſtet exemplum. Is autem, qui cum huiuſmodi fœminis in aliqua fuerit iniquitate repertus, communione priuetur, ſi laicus eſt; ſi uerò clericus, à ſuo quoq; remotus officio, pro ſuis continuè lugendis exceſſibus in monaſterium detrudatur &c. Anni mũdi

Xenodochia in regione Calaris. Erant præterea in partibus Calaris duo celeberrima xenodochia Thomæ Epiſcopi, & Ortolani; atq; alia plurima ſuper quibus Gregorius ſcripſit Ianuario in hũc modum.

Oporte-

Anni mũdi

OPortebat ſiquidem fraternitatem tuam, ita de rebus pÿs eſſe ſolicitam, ut nihil ad explendas eas noſtræ admonitionis penitus indigeret: tamen quia quædam ad nos peruenerunt, quæ ſunt corrigenda capitula, nihil eſt incongruum, ſi noſtræ quoq; uobis paginæ authoritas accedat. Quamobrem ſignificamus perueniſſe ad nos conſuetudinem fuiſſe, ut xenodochia, quæ ſunt in Calaritanis partibus conſtituta apud Epiſcopum ciuitatis ſingulis quibusq; tẽporibus ſuas ſubtiliter rationes exponerẽt, eorum uidelicet tuitione, atq; ſolicitudine gubernanda; quod quia tua hactenus fertur charitas neglexiſſe, hortamur, ut (ſicut dictum eſt) tibi ſingulis quibuſq; temporibus rationes ſuas xenodochÿ, qui in eis ſunt conſtituti, uel fuerunt, ſubtiliter reddant, atq; tales in eis, qui præſunt ordinentur, qui uita, moribus, atq; induſtria inueniantur eſſe digniſſimi, religioſi duntaxat, quos uexandi iudices non habeant poteſtatem

Gregorÿ lit. Eodem lib. Regeſtri Epiſtola 24.

ne ſi tales perſonæ fuerũt, quas in ſuũ Anni mũdi
poßint euocare iudicium uaſtandarum rerum debilium, ſi quæ illic reiacent præbeatur occaſio, de quibus rebus ſummam te curam gerere uolumus, ut nulli ſine tua licentia detur notitia; ne uſq; ad direptionem earum ex fraternitatis tuæ prauenіatur incuria &c.

Quæ cum Ianuarius facere neglexiſſet ita Vitali Sardiniæ Defenſori ſcripſit.

Gregorij lit. *EXperientia tua indicante comperimus Xenodochia in Sardinia conſtituta grauem habere neglectum; unde Reuerend. frater Coëpiſcopus noſter Ianuarius uehementiſſimè fuerat obiurgandus, niſi nos eius ſenectus, ac ſimplicitas, & ſuperueniens ægritudo, quam ipſe retuliſti, ſuſpenderet; quia ergo ita eſt poſitus, ut ad aliquam ordinationem eſſe non poſſit idoneus, Economium eius Eccleſiæ, atq; Epiphanium Archipreſbyterum ex noſtra diſtrictè authoritate cõmonemus, ut eadem xenodochia ſine*

periculo

Anni mūdi *periculo ſuo ſolicite, ac utiliter ſtudeant ordinare: nam ſiquis illis poſthac neglectus extiterit, nulla ſe nouerint poſſe apud nos ratione aliquatenus excuſare &c.*

SARRACENI.

POST Orientales Imperatores
Saraceni inſulam obtinuere,
4610. hi enim anno 650. ex Africa
per mediterraneum mare delati omnem inſularum oram ferro, & igne teſte Sigonio & Sabellico fædarunt.

4580. Anno deinde 720. cum infectis excurſionibus late maria omnia uagarentur, excurſione in Sardiniam facta inſulam, quæ tunc exiguo Græcorum præſidio tenebatur in poteſtatem adduxerunt, à Leonis Imperio eripuerũt teſte Sigonio, Raphaële Volaterrano, Hieronymo Romano, & Maurolitio Abbate. Sed ea paruo tempore ſub eorũ dominio ſtetit, nam paucis elapſis annis à Longobardis inſulam totis uiribus inuadentibus regno priuati ſunt, ut mox dicetur. *Sardinia in Saracenorũ poteſtate.*

Hoc

Sepulchrum Diui Auguſtini à Saracenis prophanatur.

Hoc tempore Saraceni in templa Sardiniæ, & Sepulchra omnia Sanctorum ſæuiere; & imprimis locum, in quem Sacra D. Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi oſſa ex Africa translata fuerant, barbara impietate fædarunt. Quod ubi Leoprandus Longobardorũ Rex audiuit, magno repẽte dolore exarſit, ac Legatis in Sardiniã miſſis magno illa precio à Saracenis redemit, & nõ paruo Sardorũ luctu Papiam ad ſe trãſportari curauit. Qui poſteaquã ea Genuam appulſa audiuit; Papia egreſſus obuiam eis illuc uſq; proceſſit, eaq; editorum miraculorũ magnitudine percitus maximo honore coluit. Cum autem poſtridie à miniſtris nulla, neq; ui, neq; arte moueri poſſent; uehemẽter ea re perturbatus, Sancte confeſſor (inquit) ſi tua hinc oſſa tolli, & Papiam transferri propitius patieris, ſpondeo me templum in tui honorem ædificaturum. Quæ ubi uota concepit, oſſa ſubito nullo molimine ſuſtulit, & Papiæ in templo Sancti Petri ad Cœlum aureum à ſe condito, in precioſo, quod adhuc extat, monumento collocauit. Pridie Kal. Martij, Sigonio, Sabellico, Platina, Volaterrano, & alijs multis referentibus.

Anni mili

Leoprandus redimit corpus S. Auguſtini à Saracenis.

Translatio corporis S. Auguſtini Papiam.

Eodem;

Anni mũdi Eodem tempore Fratres Eremitarum qui in Sardinia Sepulchro diui Auguſtini adhærebant, inſula excedentes Mitram, Baculum, & Paſtorale Sancti Auguſtini ſecum tranſtulerunt, & in Valentinæ urbis Monaſterio, ubi adhuc uiſuntur, collocarunt, teſte Hieronymo Romano.

Mitra, Baculus, & Paſtorale Sancti Auguſtini Valentiã translata.

LONGOBARDORVM REGES.

LONGOBARDI, qui ex Pãnonia à Narſete uocati amplißimum ſibi Regnum in Italia acquiſiuerant, Angilulphi temporibus cœperunt teſte Gregorio, mediterraneas inſulas infeſtas reddere.

Anno autẽ 597. Sardiniam incurſionibus, & populationibus afflixere, quod ubi Gregorius accepit, grauiter doluit, atq; ita Ianuario Calaritano Epiſcopo ſcripſit.

Longobardi Sardiniam afflixerunt.

QVid in Sardinia hoſtes noſtri fuerint operati, priuſquam fraternitatis ueſtræ epiſtola ad nos perueniret, agnouimus.

Gregorij lit.

mus. Et quia hoc futurum dudum metuimus eueniſſe, quod prauidimus, nobiſcum nunc gemimus. Quod ſi ſecundum eum, qua tam uobis quam excellentiſſimo filio noſtro Gennadio hoc fore nunciantes ſcripſimus, ſolicitudo fuiſſet adhibita, inimici illuc, aut non accederent, aut accedentes periculum, quod fecerunt, mœrerent: Vel nunc ergo, ea, quę contigerunt, uigilantiam ueſtram in futura exacuant: nam & nos quicquid prodeſſe poſſumus, facere domino auxiliante nequaquam omittimus. Anni nihil

Et licet deinde pacem cum Angilulpho Longobardorum Rege tractaſſet, & firmaſſet, tamen quia adhuc non erat Sacramento ſancita, nec admodum firmo uinculo conſtricta uigilandum eſſe his literis eidem Ianuario ſcripſit.

Gregorij lit. *COgnoſcetis inquit, Abbatem, quem ad Angilulphum ante multum iam tempus tranſmiſimus, pacem cum eo Deo propitio quantum uobis Excellentiſsimo*

Anni nihil *tiſsimo Exarcho ſcriptum eſt, ordinaſſe, & ideò quouſq; pacta de confirmatione pacis ipſius conſcribantur, ne fortè hoſtes noſtri in hac dilatione ad partes illas iterum uelint accedere, murorum uigilias, & ſolicitudinẽ in locis facite omnibus adhiberi. Et confidimus in redemptoris noſtri potentia, quia aduerſariorum nobis incurſus, uel Sardis denuo non nocebunt.*

Præterea aliam Epiſtolam ad eundem Ianuarium ea de re dedit dicens.

QVia uerò non minorem de uobis, quam de nobis ſolicitudinem gerimus, hoc quoq; pariter iudicandum curauimus, quòd finita hac pace Agilulphus Longobardorum Rex pacem non faciat; unde neceſſe eſt, ut fraternitas ueſtra (dum licet) ciuitatem ſuam, uel alia loca fortius muniri prouideat, atq; immineat, ut abundanter in eis condita procurentur; quatenus dum hoſtis illic Deo ſibi irato acceſſerit, non Aliã epiſt.

inueniat, quod lædat, ſed confuſus abſcedat. Sed, & nos pro uobis quantum poſſumus, cogitamus, & his quorum intereſt, ut ſe ad obſiſtendum Deo adiutore præparare debeant, imminemus, quia ſicut uos noſtras tribulationes ueſtras attenditis, ita quoq; nos ueſtras afflictiones noſtras ſimiliter reputamus. Anni mũdi

Corſica à Longobardis capta.

Itaq; Sardi nunquam à Longobardorum armis tuti ſine metu uixere. Hi enim quibuſdam elapſis annis propinquã Corſicæ inſulam inuadentes in eorum ditionem redegerunt teſte Iacobo Maynoldi.

Anno deinde 730. ut creditur, Luitprandus, eorum Rex ex Corſica in Sardiniam magna claſſe traiecit, & inſulam Saracenis eiectis ſuo adiecit imperio, ut refert Felinus, atq; ita appellatus eſt Rex Sardiniæ, ut ſcribit Petrus Recordati; Regnauit deinde annos quatuordecim, & menſes aliquot, & obijt Ticini. 4690.

Sardinia in Longobardorum poteſtate.

Anno 743. Hildibrandus Rex Longobardorum uiuente patre electus regnare in Sardinia cœpit; ſed paulo poſt Regno exactus 4703.

Anni mũdi exactus fuit; & Rachis Longobardorum Rex creatus Sardiniam obtinuit, & regnauit annos quinque, menſes ſex, & abdicauit ſponte.

4709. Anno 749. Aſtulphus Longobardorũ Rex creatus adeptus eſt Sardiniam, & regnauit annos ſeptẽ, & obijt in uenatione.

4716. Anno 756. Deſiderius Lõgobard. Rex Sardiniam adeptus, regnauit annos 18. & menſe Maio uictus, & captus à Carolo Magno, & in exilium actus Italia, & Regno Sardiniæ priuatus fuit; atq; ita Sardinia ſub Caroli Magni poteſtate adducta, Romano deinde Pontifici donata fuit, ut refert Adrianus Papa, Anaſtaſius, & Carolus Sigonius de qua re in ſequenti libro exordiendum erit.

4719. Hoc tempore Anno nimirũ 759. Corpus ſanctæ Iuliæ, quæ in Corſica 11. Kal. Iunij Crucis ſupplicio, teſte Vſuardo, fuit Coronata, ab Anſa Regina Deſiderij Longobar. Regis uxore fuit Brixiam translatum, atq; ibi inſigne monaſterium Domino Saluatori & S. Iuliæ Martyri dedicatum, ut ex Petro de Natalibus, & Carolo Sigonio conſtat.

S. Iulia in Corſica martyr.

Eius corpus Brixiam translatum.

LAVS DEO.

V 2

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

INDEX VIRORVM ILLVSTRIVM RERVMQVE MEMORABILIVM,

QVAE SPARSIM IN HOC OPERE TRACTANTVR.

A

Actaeonis mors. 9.
Aduenæ in Sardinia à Carthaginenſibus demerſi. 27.
Aegyptij in Sard. 21.
M. Aemilius Lepidus. 37.
Aeneas in Sardinia. 16.
Ager in Sard. Militibus datur. 45.
Alexander Magnus ſalutatur Rex à Legatis Sardorum. 27.
Andaluſi Iberi. Sardiniæ Coloni. 8.
Annibal in Sardinia crucifixus. 29.
Anicetus muſicus. 94.
Aquæductus in Turribus. 69.
Arbores Sardiniæ extirpantur. 26.
Argentum exigitur in Sardinia. 26.
Ariſtæus Coloniam in Sard. ducit, 9. cultiorem inſulam reddit 10. Vrbem Calaris conſtruit, & obit, ibidem.
Ariſtagoras. 27.
Arſicoras Sardiniæ primarius, ſeu Rex, 39. eius mors. 42.
Aruſpices in Sard. nō permittuntur. 129.
Aſdrubal Carthaginēſium Dux in Sardinia moritur. 39.
Aſdrubal Caluus in Sardiniā uenit, 39. 41. in ea bello capitur. 42.

Ateri-

Aterice Vrbis Sardiniæ exordium. 29.
Athenienſes Sardiniæ coloni. 13.
P. Attilius. 34.

B

Balari mõtani Sar. populi ſemper liberi. 25.46.& 47.
Barbaricini Sar. populi à Sancto Ephiſio uicti 76. erant Idolorum cultores, & fiunt cum eorũ duce Chriſtiani, 118. eorum parochia inſtituitur, ibidem, & 121.
Bellicoſa Sardiniæ gens. 14.
Bellum inter Sardos, & Carthaginenſes. 24.
Bellum inter Sardos, & Romanos. 32.40.
Bellum inter Thuſcos, & Græcos Sard. colonos. 17.
Bellum punicum, primum, & ſecundum. 29.25.38.
Biantis conſilium deducendi Iones in Sard. 23.

C

Cadaſone appellatur Sardinia. 2.
Calaris Vrbs ab Ariſtæo condita, 10. uel ſecundum alios à Carthaginenſibus, 26. fuit Vrbs ciuiũ Romanorum, 53. à Romanis deficit,47. expugnatur 49. 56. ad Chriſtum conuertitur, 76. in qua hi inſignes Epiſcopi floruerunt.
S. Iulianus. 77.
Quintianus. 79.
S. Lucifer, qui fuit Legatus Apoſtolicus, 81. ob Chriſti fidem exilio damnatur, & librum contra Conſtantium Imperatorem ſcripſit, 82. exilio reuocatur, Epiſcopum Antiochiæ ordi-

ordinat, 86. indignatur cum Euſebio, 86. Luciferiani ab eo, uel a Lucifero Epiſcopo Smyrnen. fuerunt appellati, 87. eius obitus, & laudes. 89.
S. Brunaſius 106.
Ianuarius. 132.
Venereus. 135.
Deuſdedit. 235.
Iuſtinus. 135.
Citonatus. 166.
Caput paſſeris. 78.
Carthaginenſes bis uicti a Sardis, Sardos uincunt, & inſulam acquirunt, 25. ibidem ſtrangulati occiduntur, 31. eorum milites Sardinia eijciuntur, & ita Regnum amittunt, & illud Romanis cedunt. 32
Carenſes Sardiniæ coloni. 22.
Carinus, & Calicarpus Ariſtæi filij in Sard. nati. 10.
Caſſius Iuriſconſultus in Sardinia. 94.
C. Cæſar Sardiniã obtinet, 54. ad eam uenit, Sulcitanos mulctat, 54. & obit. 55.
Cyprij in Sardinia. 20.
Cyrillus Dux. 94.
Claſſis ad Sardiniæ cuſtodiam. 43. & 45.
Concilia bis in anno celebran. 132.
Corſi, & eorum Vrbes duodecim in Sardinia, 22. & 23. erant liberi.
Corſica a Romanis debellatur, 233. & Sardiniæ attribuitur, 34. deficit, dat obſides, & mulctatur. 46.
P. Cornelius Aed. 32.
L. Cornelius Scipio. 29.
Cornu Sardiniæ urbs inſignis. 41.
Corpaceſij Sardiniæ populi. 20.
M. Cotta. 54.

D

DArius. 27.

Deda-

Dædalus, in Sardinia, 10. 15. eius opera miranda ibidem, eius mors. 14. 15. 19.
Decumæ binæ in Sardinia imperātur. 50.
Defenſores Sardiniæ adinſtar Iudicũ appellationum. 137.
Duces Sardiniæ. 117.
Dux Barbaricinorum. 118.

E

Emporia Sardiniæ a Phocenſibus colitur. 23.
Q. Ennius Poeta in Sardinia. 43.
Eſaroneſij Sardiniæ coloni. 21.
Euangelium in Sardinia prædicatur. 70.
Euſebius Sardus baptizatur, & fit Vrbis Romæ Lector, 79. 80. Presbyter creatur 80. Epiſcopus Vercellen. conſecratur, & fit totius Occidentis Legatus Apoſtolicus exilio ob fidem damnatur, & martyrizatur, 82. reuocatur exilio, commentarios in Pſalmos ædidit, anachoreticam uitam in occidente inſtituit, 84. 85. 86. eius obitus, & laudes. 88.

F

Fara. Dux exercitus Iuſtiniani. 101.
Fœneratores ex Sardinia Fugati. 45.
Fœdera Carthaginenſium, & Romanorum. 27. 28. 29.
Frumentum ex Sardinia copiosè Romanis adminiſtratur. 44. & 53.

G

Galatas duxit Gallorum Coloniam in Sardiniam, & olbiam condidit. 11
Gallu-

Gallura Prouincia, 11.
Gallicum fretum. ibid.
Gelimer ob Sardiniã amittit Africã. 101.
Gigãtes in Sardinia. 1.
Gymnaſia inſignia. 14.
Goda Sardiniæ Tyrãnus in ea occiditur. 97. & 98.
Gothi Sardiniam, & Corſicã obtinẽt. 111.
Gotiani Regio. 113.
C. Gracchus. 50.
Græci Sardiniæ coloni. 6. & 9.
Grillus Dux in Sardinia Ogrillem Vrbem condidit. 14.

H

Hanno in Sardin. bello captus. 29.
Hanno bello in Sardinia occiſus. 31.
Hercules in Sard. 4.
Turri libiſonis Porto Herculi, & inſulis Herculis nomen dedit. 4. & 5.
Herculis Græci 56. filij Sardiniæ coloni. 12.
Heroes Sardi. 16.
Helenus Cæſaris libertus. 56.
Hioſtus Sardorum Dux. 41.
Hoſpes Barbaricinorum Dux. 118.

I

Iberi Andaluſi Sardiniæ Antiqui coloni. 8.
Iberi profugi Balari dicti Sardiniæ populi. 25.
Icari obitus. 11.
Icaria inſula, ibidem.
Idoneſij Sardiniæ populi. 19.
Ilienſium colonia inſignis ſemper libera. 17. & 33.
Iolenſes populi Sardiniæ liberi. 14.
Iolaus ducit Coloniã in Sardiniam, & dat nomen Ioleæ regioni. 13. eius obitus. 15.
Iſidorus eloquentiſſimus. 68.

Iones in Sardinia. 23.
Iudæorum. 4000. in Sardinia 130. conuertuntur.

L

LEgiones duæ pro Sardiniæ cuſtodia. 43. & 45.
Lentulus Marcellinus. 53.
Lydi in Sardinia. 17.
Locrenſes Sardiniæ coloni. 18.
Locus ſanctus in Gallura. 86.
Lõgobardi Sardiniam, & Corſicam occupant. 151. & 154.
M. Lucius uincitur. 33.
Lucifer Epiſcopus Calaritanus, uide Calaris Vrbs. 81.

M

MAſſa. 3.
Mago in Sardinia bello captus. 42.
Marruelus Aetius Eſtenſis Vicentiæ dominus in Sardinia obit. 96.
T. Manlius Torquatus in Sardinia. 32. 40.
Meduſa Regina Sardiniæ. 3. obtrũcatur. 4.
Menna in Sardinia, 55. ad Octauianum deficit. 56. & 57.
Mæones in Sardinia Meilogu nomẽ dederunt. 18.
M. Metellus. 52.
Michael Thomaſius Epiſc. Ilerden. 137.
Mileſij in Sardinia. 21.
Machæus Dux Carthaginenſis, á Sardis uincitur. 24.
Monaſteria plura in Sardinia. 105. 143.
Monaſterium S. Gauini, & Luxorij. 161.
Monaſterium iuxta Eccleſiam S. Saturnini, a S. Fulgentio conditum. 104.
Mõtani populi ſemper liberi. 25. 29. & 46.

N

NAues Pœnorum captæ. 43.
Norax in Sardinia coloniam

lonia duxit Vrbem Noræ cōdidit. 8.73.
Noraces ad inſtar Turrium in Sardinia. 9.

O

Obſides a Sardis dati. 38.
Octauianus Auguſtus Sardiniam obtinet, 55. amittit. ibid. recuperat. 57.
October menſis S. Gauini dictus. 76.
Olbia inſignis ciuitas, 13. oppugnantur a Scipione. 30.

P

Sex. Peducæus. 54.
Pellidi Sardi. 41.
Peſtis in Sardinia. 33.
Phamea Sardus. 92.
Phauſiana diœceſis in Sardinia, 61. Victor eius Epūs. 125. 133.
Phœnices in Sard. 20.
Phocenſes in Sardinia. 23.
Phorcus Sardiniæ Rex. 2. & 3.
Phryges in Sard. 19.
Pyrrhus Sardin. habere curat. 29.
Piratæ in Sardinia. 52.
Piraticū bellum ibid.
Sex. Pompeius Sard. occupat. 55. & 56.
M. Pōponius Cotta. 54.
M. Portius Cato in Sardinia. Græcis literis eruditur. 43.
Portus Herculis. 5.
Portus Balagai. 75.
Præſidialis prouincia facta Sardinia. 45. & 46.
Prætoria prouincia Sardinia, & eius Prætores. 34.
Presbyteri in Sardinia Chriſmate cōfirmabant. 142.

R

Rhodij in Sardinia. 19.
Romani Sardiniam inuadunt, & obtinent, & eorum obitus. 29. & 33.

Romani Imperatores. 58.
Ruſtici Sardiniæ. 121.

S

SAnctus Petrus, & Sanctus Paulus in Sardiniā uenerūt. 70.
Sancti inſignes in Sardinia.
S. Aemilianus. 70.
S. Priamus. 70.
S. Lucianus. 70.
S. Fœlix. 70.
S. Saluſtianus. 70.
S. Gabinus. 71.
S. Chriſpolus. 71.
S. Creſcentianus. 71.
S. Iuſta. 71.
S. Iuſtina. 71.
S. Henedina. 71.
S. Antiochus. 71.
S. Potitus. 72.
S. Pontianus. 73.
S. Antherus. 74.
S. Proptus. 74.
S. Ianuarius. 74.
S. Gauinus. 75.
S. Ephyſus. 76.
S. Iuuenalis. 77.
S. Luxorius. 78.
S. Ceſellus. 78.
S. Camerinus. 78.
S. Reſtituta. 79.
S. Euſebius. 79.
S. Lucifer. 81.
S. Nicolaus Anachorita. 86.
S. Tranus. 86.
S. Baſilius. 87.
B. Satyrus. 88.
S. Hilarius Papa. 91.
S. Brumaſius. 106.
S. Cclius Simachus Papa. 106.
S. Fulgētius cum 200. Epiſco. 121. & 102.
Sanctorum reliquiæ in Sardinia. 102. & 103.
Duo capita undecim millium uirginū in Sardinia. 90.
S. Auguſtini Corpus in Sardiniam delatū 102. a Luitprando redemptum, & Papiam trāslatum, 150. eius Mitra, Baculus, & Paſtoralis eſt ualentiæ. 151.
Sardinia prius Cadaſone dicta, 3. mox

Ichnuſa

Ichnuſa appellata. 6.
Sardus nomen dedit inſulæ, & mari, & eius ſtatua delphos miſſa. 7.
Sardiniæ laus, 14. 24. eius forma, 49. prima populi Romani prouincia, 33. facta Prætoria prouincia, 24. poſtea præſidialis, 45. 46. 54. 60. 65. 117. datur Eccleſiæ Sanctorum Marcellini Petri exorciſtæ. 65.
Sardorum uictoria. 24. 25. eorum ſeditio, 38. cædes, 41. Sardi uænales a Væijs dicti. 50.
Sardi plures ciuitate Romana donati. 53.
Sepulchrum Iolai. 15.
T. Sempronius Gracchus uictor. 47.
Siculeſij Sardiniæ populi. 12.
Sillanos a Silla. 52.
Syllos, & Sylluris Comitatus. 26.
Sillanæ factionis Sardi. 52.
SolitudoSardiniæ poſt diluuium. 2.
Sumptus in Sardinia circumciſi. 45.

T

Templa a Dædalo conſtructa. 14.
Templum Iolai. 15.
Theſpienſes coloni 12. eorum exitus, 15. ex cadaueribus reſponſa data. 16.
Thorſus Arborenſis fluuius. 17.
Thraces in Sardinia. 19.
Thuſci Sardiniæ coloni. 2.
Tibula ciuitas Sardiniæ. 53.
M. Tigellus Hermogenes Sardus muſicus. 93.
Togæ, & Tunicæ a Sardis datæ. 44. 45.
Tributum in Sardinia penſum. 115.
Turrium ciuitas antiquiſſi-

tiquiſſima Libyſonis ab Hercule dicta, 5. fuit poſtea Romanorum colonia, 52. & 53. eius Metropolitana Eccleſia, & patroni Sancti, 76. eius Epiſcopi inſigniores ſunt.
Prothogenes. 79. & 80.
Sampſutius. 90.
Ioannes. 1[illegible]8.
Pentuſius. 131.
Valentinus. 132.
Eorũ priuilegia. ibid.

V

Q. VAlerius. 54.
Vandali Sardiniam occupant. 95. 96.
Vetulonienſes Sardiniæ Coloni. 2.
Veſtes, uide togæ.
Via lata. 69.
Viterbienſes. 2.
Vſellis Romanorũ colonia. 53.

X

XEnodochia in Sardinia. 146.

Z

ZAzon Vandalus Sardiniam occupat. 98.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Errata in excudendo commiſſa ſic corrige.

Folio 4. confectum, corrige, confictum. fol. 5. Ptolemæo, Ptolomæo. & deinceps, ibid. infra, Portum, Portus. fol. 6. in primis, imprimis. commertiorum, commerciorum. fol. 7. libyas, libyes. fol. 8. Tariſam, Tariſſam. ibid. Vuandalos, Vandalos. fol. 9. Cirenne, Cyrene. fol. 11. Viterbenſis, Viterbienſis. fol. 13. ſucceptos, ſuſceptos. ibid. Prope Sulcim, lege (ſedecim millibus paſſ. diſtans) loco, eius quod habetur, (16. m. p.) fol. 17. oprimendi, opprimendi. fol. 19. ſcytes, Scythes. fol. 26. idoneos, idoneas. ibid. permitebant, permittebant. fol. 28. huiſmodi, huiuſmodi. fol. 50. Cuſpianus, Guſpianus. Ibid. Graccus, Gracchus. fol. 55. multauit, mulctauit. fol. 64. ſeuerum, Seuerum. fol. 65. Zoſimus, fortè Zozymus. fol. 68. inter regnum, interregnum. fol. 70. creduntur, creditur. fol. 72. Ceriaco, Ciriaco. fol. 74. cimiterio, cœmeterio. ibid. ſepelliri, ſepeliri. fol. 77. præmente, premente. fol. 79. pabtizatus, baptizatus. fol. eod. Datia, Dacia. fol. 80. præsbyter presbyter. fol. 83. Pariſijs, Parrhiſijs. fol. 83. tronum, Thronum. fol. 91. præcioſis, precioſis. ibid. cælato, cœlato. fol. 92. Babienæ, fortè Bibianæ. fol. 99. molliciem, mollitiem. fol. 101. cædit, cœdit. fol. 122. ſollicitudine, ſolicitudine. fol. 126. ſpei, fortè Spei. fol. 127. præmebantur, premebantur. fol. 129. inuigilare, inuigilare. ibid. iuditij, indicij. fol. 136. Mirinenſis, Mirienſis. ibid. ſquillaſtrum, Squillatrum. ibid. ſeuerinus, Seuerinus.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Laboratorio di Restauro
Leandro Gottscher
Via del Boschetto, 97
Roma 1970